



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**De Exomologesi Sacerdoti Facienda Elvcvbratio**

**Mermannus, Arnold**

**Lovanii, 1564**

De Exomologesi Sacerdoti Facienda Elvcvbratio Dedicata D. Antonio  
Perrenoto ...

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30308**

# DE EXOMOLO

GESI SACERDOTI FAC-  
ENDA E LVCVBRATIO DE-  
DICATA D. ANTONIO PERRE-  
noto S. R. E . Presbyt . Card. Illustriss.  
cognométo patrio atq; aucto, Granuella-  
no, Autore Arnoldo Mermannio  
Alostano.

**D**OENIT. ô sepul-  
crales conciuncu-  
las. Verbum illud  
ego verum expe-  
rior quod in ore est  
omni populo , ho-  
mene imperito nū-  
quam quicquā in-  
iustius qui nisi quod ipse sentit, illiq; pla-  
cket nihil rectum putat, prorsusq; mihi vſu  
venit id, quod Ann. Sene: euenire solitum  
secum querebatur( vt accepi) meliorem se  
semper manē exire quàm vesperè redire  
domum, oppidò aut nos( ô miseros mor-  
tales) vitijs magis quàm religioni ac pieta-  
ti opportuni sumus , aut vehementiores  
sunt mali quàm boni illecebræ, vel vtrūq;;  
quod

DE EXOMOLOGESI

Mirabile  
dictu.

quod mihi amplius probatur , præsertim  
cùm naturam non integrum , sed vniuersi  
corruptam gestemus , & faciliorem ad vi-  
tia , quam sit equus in planiciem , ad virtu-  
tes autem lögè difficilimam ob domesticū  
illum & familiarem perpetuò nostri exi-  
tio imminentem , genium dicam?imò ve-  
rò melius concupiscentiam & cupiditatē  
innatam totius duelli atque luctę , qua ani-  
mus cum corpore manus conserit , semina-  
rium . Verùm in tempore aduenit quem  
volebam , gratulor tibi aduentum magi-  
ster , sed mihi meum ad te plus multò . vix  
namq; animi compos sum : ita me vexant  
mihi iam nunc iniecta dubia , totumq; me  
animi dubium reddunt . Catech . Quid ita ?  
Pœnit . Aperiam . Olim literis operā dedi ,  
verùm quēadmodū inquit Horat . Sermo .  
Saty . i . Nemo , quam sibi sortem seu ratio  
dederit , seu fors obiecerit , illa cōtentus vi-  
uit , laudat diuersa sequētes etc . Musis vale  
facto , impiger extremos veni mercator  
ad Indos , per mare pauperiem fugiens per  
saxa , per ignes , et nūdinarius sum effectus  
pictor , peragraui itaq; Germaniā , Angliā  
Galliam hac mea nuperrima profectione .  
ô Deus bone quas ego ibi miserias vidi  
quas

quas morum, sectarum, opinionumq; an- Nec enī  
tilogias atq; diuersitates? Catech. Nil admi- genus o-  
rari (bene ait Horat.lib.1. epist. ad Nu- mnibus  
micium) prop̄e res est vna Numici, solaq; vnū, sed  
quæ possit facere, & seruare beatum, præ- multæ  
cipiè verò in hæresi aut schismate, vel er- species  
rore quopiam.id quod præclarè habet Q. nec no-  
Septi: florens Tertull.de præscript.Hæret.  
Neq; enim mirari oportere vel quia hære- mina  
ses sunt, eò quòd futuræ diu olim sint præ- quæ sine  
nuntiatæ: mirandum potius fore si nō es- est nume  
sent, neq; quia quorundā fidem subuertūt rus. neq;  
cùm ad hoc sint, vt fides habendo tenta- enim per  
tionem probaretur, atq; ita vanè et incon- currere  
sideratè quosdam scandalizari siue quòd nomina  
sint, siue quòd tantū valeant: vnūquodq; possē, nō  
enim, sicut habet cauillam ob quam sit, sic mihi si  
quoq; vim quandam consequi per quod cētū lin-  
sit nec esse nō possit: nihil verò ita office- gūæ sint  
re fidelibus, quam quòd illas tantum vale- oraq; cē-  
re mirentur: aut enim, dum mirantur, of- tum. stat  
fendi, & scandalizari, aut quia scandalizā- sua cuiq;  
tur mirari quòd tantum valent, quasi ex dies bre-  
aliqua veritate veniant. Sicut enim inter- ue & irre  
pugiles & gladiatores quidam plerumque patabile  
vincunt, non quia fortis sunt, sed quia vi- tēpus oī-  
eti fortis non sunt, similiter hæreses in in- b' est. ve-  
nit lu-  
stris labē  
tib' ætas  
cum do-  
m' & pro-  
les subi-  
tō defe-  
cerit oīs,

A iij firmam

firmam ferè non ita in fortē incidentes  
 fidem, valere solere quoq; miriones istos  
 sāpē ob personas quasdam ab hæresi cap-  
 tas etiam ruere etc. Pœnit. Vtinam tam  
 facilē possem inuenire quod verum est,  
 quā illa ipsorum commenta falsa esse: vel  
 vno hoc argumento conuincere possum,  
 quōd tā discrepantia tamq; quotidiē alia  
 aliaq; tradūt. omnino ego hosce homines  
 similes pisci qui torpedo appellatur dixe-  
 rim, quod de Socrate quoq; olim aiebant  
 quidam vt habet Plato in dialog. de sapiē.  
 eò quōd sicut piscis hic homines appro-  
 pinquantes stupidos facit, sic istis compe-  
 tat stupore quodā afficere auditores suos  
 ambiguitatisq; plenos dimittere, semper  
 quārentes & discentes & nequicquam  
 promouentes nisi quod quēstione vna alij  
 alijq; fenestram mox aperiant, vsque adeò  
 præsens malum est hæresis, veriusq; ni-  
 hil dici potuisse Tertull. lib. præfato exi-  
 stimauerim, quam quōd in ipso congressu  
 firmos fatigant, infirmos capiunt, medios  
 cum scrupulo dimitunt, & proinde non  
 esse post vnam aut alteram correptionem  
 cum hæreticis vlla ratione nisi fuga agen-  
 dū ei qui sibi cōsultū velit. sed de his for-  
 te alias

Torpe-  
 dinis.  
 naturam  
 eleganti  
 carmine  
 descrip-  
 sit Clau-  
 dianus  
 & nos  
 memini-  
 mus in  
 nostro  
 Polypo.

tè alias opportunius. narra modò quid sit  
 quod te malè habet. Poenitens. illud id est  
 quod quum Londino Angliæ soluisse mus  
 naue, Antuerpiam illam temporium hoc  
 nostro anno celeberrimum frequentissi-  
 mumq; et septem orbis miraculis maximè  
 meritò annumerandum octauum petetè,  
 tam rumoribus nouis, quām onusti merci-  
 bus, accidit vti sunt varia hominum inge-  
 nia adesse ibi nobiscum quendam nobili  
 cuidam Trapezitæ à rationibus seu com-  
 mentarium ac rationariū, salacem, petulā-  
 tem, panis dixisses & vini saturitate captū  
 & cōstrictum arctissimè, adeò loquacem  
 vt tacere nūquam possit, eosq; verò bal-  
 butientē omnia( volebat enim nūc Hispanus, nūc Italus, modò Anglus, modò Ger-  
 manus, mox Gallus nōnunquam nostras  
 videri) vt quod dici solet ex omnibus ali-  
 quid, vix ex toto nihil prorsus callere pot-  
 taretur à sobrijs quibusq; vñsq; adeò verò  
 sycophantias struentem, non tantū plus  
 quam probum loqui, sed etiam plusquam  
 probos audire decet, denique tam à capi-  
 te ad calcem usque improbū, vt nō Chri-  
 stianum sed vel Ethnicum, vel publicanū,  
 vel atheum hominem credidisses. affuit

Homine  
imperito  
nihil in-  
fusius.

A iiiij              ibi

DE EXOMOLOGESI.

ibi vir quidam morū iuxta atq; annorum  
maturitate grauis, corripuitque palā om-  
nibus hominem indigna & auribus Chri-  
stianis, & professione, si quidē esset Chri-  
stianus, & tempore loqui (nā modō qua-  
dragesimæ carceres ingressi eramus ) &  
exomologesis faciendē agendāq; poenit-  
tentia meminisse potius oportere eum in-  
quiens, vt Christiani est moris. Ibi cabro  
ille irritatus ilicò cachinnari, cauillari, sto-  
machari, omne cœnum pectoris foetidissi-  
mi euomere, cœlum terræ miscere & tā-  
quam censorius arbiter quispiam fugillare  
vniuersam semel religionem, cū primis  
verò exomologesim, cuius faciendæ mo-  
nuerat bonus senex ille, & se iam non re-  
ligiosum ac Christianum , sed Antichri-  
stianum declarare, adeò vt perpetuò nauē  
ipsam totam omnesque angulos , non  
sentinam tantūm hominis illius aut ve-  
rius hominis monstri putorem olitura  
putem , nisi pice recenti liniantur denuò  
omnia. ipsas porrò vestes meas tanquam  
peste illa infectas mox domum reuersus  
exui mandauiq; elui diligenter. Quocirca  
nequid animo fortè meo insederit metuo  
maxime, oratumq; te velim Domine mi  
pro

pro tua humanitate vt omnem mihi exomologesis seu confessionis rationem apertas liquidè. Cathechista. Id libens fecero attamen illud te prius monitum velim vicissim non debere te tam facilè moueri si hominum monstra verborum quoq; ac sententiarum conspicias monstra edere aut alere. quid enim mirum si vas sordibus plenum, fordes & illas tantùm effundat? ecquid miraculi si feces hominum vitæ morumque feces propinent, vndique rimarum pleni cùm sint hinc atq; illinc effluant? Pœnit. Aderant verò alij aliquot, inuenitq; statim dignum patella operculum, atq; ita tota societas in partes aliasq; diuisa est, nempe in confessionistas, Zuingianos, Anabaptistas, Caluinianos, Osiā, Driniōs, Hugonistas, Brentianos atq; orthodoxos, suas quibusq; partes velut muros tuehtibus, in nullo penitus illis sibi satis congruentibus præterquam quod in extium & rem malam ecclesiæ Romanę & catho. essent coiuratissimi. nam ridere alios, detrahere, omnibus blādiri & sumtmē placere sibi, prodeesse nemini, nocere, si non quantum volunt, certè quantum posunt cunctis, & quidē si superis placet, per iocum

Quæ re-  
gio in  
terris hu-  
ius non  
plena la-  
boris? ò  
monstrū  
horrédu  
ingēs cuī  
lumen a-  
deptum.

DE THEOLOGESI

iocum, non nisi ignes, laqueos, cedes, sacrilegia incestaque; stupra spirare non minima sacræ omnium illorum religionis & euangelij pars esse videtur. Catechista. Si ea hæresis gentium & philosophorum quorundam scilicet Pythagoricorum, & Platoniconorum vera esset opinantium omnia in orbem & à se quæque ad se redire, totiusque vniuersi esse quādam periodum qua evolutiona, omnibusque ad sua principia reductis eodem se haberet modo quo cepta fuere essetque; tātū trāitus animorū de corporibus alijs alijsque; ad alia atque; alia interea corpora, ita ut post multa annorum curricula idē Plato, qui fuit ad suā academiā, zeno ad suā stoā Aristoteles in Lycium, Tullius in hortos Tusculanos, Solō Athenas, Lycurgus Lacedæmona, & ita alijs ad sua redirent & loca & officia. putarem ego certè eosdem profus esse hos quos memoras, quos refert Tertull. sed aiunt quidam, inquit, satis Deū habere si corde & animo suspiciatur (dixerat enim sicut sunt quidā corporis, alia spiritus tantum & voluntatis peccata, ita utriusque generi adhibendam pœnitentiam) licet actu minus fiat, itaque; se saluo metu & fide peccare, hoc est salua castitate, matrimonia

In ipsa  
delibera-  
tione fa-  
cinos in  
est, etiā si  
ad id nō  
peruenie-  
rit, ait  
Tull. 3.

monia violare, salua pietate parenti vene- offi idē-  
num temperare, sic ergo & ipsi salua ve- que ha-  
nia in gehennam detrudentur, dum saluo bet in o-  
metū peccant, lib. de pœnitentia. nam & rat. Mi-  
hi saluo euangelio contra euangelium & lone.  
agunt, & scribūt, & loquūt, & salua ca-  
ritate merum odium gestant, & salua pœ-  
nitentia, pœnitentię detrahūt, & saluis bo-  
nis moribus ac religione, quicquid pio-  
rum morum est, & religionis auitę euellūt  
& cùm salua pace virtutis & fidei quæ Ro-  
mæ coli religiosissimè solent, Athenis cō-  
tumeliæ & impudentiæ litauisse videntur;  
& cum bona venia Dei quicquid hacte-  
nus illi gratū fuisse iudicatū est omniū ab  
Apostolis inde hucusq; populorū, & ecclæ-  
siarū cōsensione spernūt contumaciter.

Primū migitur id inculcamus cum Di-  
Tertull. bonum & optimum esse quod  
Deus præcepit, deinde audaciā existima-  
mus de bono diuini præcepti disputare,  
neq; enim quia bonum est, ait, idcirco au-  
scultate debemus, sed quia Deus præcipit:  
ad exhibitionem autem obsequij priorem  
esse maiestatem diuinæ potestatis, & au-  
toritatem imperantis, utilitate seruientis.  
bonum est penitere an nō? quid reuoluis?

Deus

DE EXOMOLOGESTA

Deus præcipit, neq; id solum, sed hortatur  
inuitatq; præmio ad salutem, iurans etiam  
viuo dicēs vt illi fidem habeamus. O bea-

Quanta  
animi tū  
prōtitu-  
dine tū  
alacrita-  
te ample-  
xāda sit  
pœnitē-  
tia.

tos quorum causa Deus iurat. O miseri-  
mos si nec iuranti Domino credimus.

Quod igitur Deus tantopere commēdat,  
quod etiam humano more sub deieratio-  
ne vult esse testatum mortalibus, summa  
vtiq; grauitate, & aggredi, & custodire  
debemus, vt in asseueratione diuinę gratię  
permanētes in fructu quoq; eius & emo-  
lumento proinde perseverare possimus.  
inquit ibidem. atqui pœnitentiā non esse  
neq; corporis horrores, neq; fidem, neque  
baptismum, neq; illam tantummodo ani-  
mi passionem quam paganos tam à vera  
pœnitentia, quām à vero Deo alienos no-  
uisse testatur Tertull. verum etiam con-  
fessionem non postremam neq; infimam  
pœnitentiæ portionem esse etiam idem  
assertor est Tertull. lib. de pœnitentia.  
Postquam enim dixisset etiam ipsi baptis-  
mo præmittendam pœnitentiam, deinde  
non vsq; adeo præsumendū de baptismo  
nisi adhibita pœnitentia, qua tanquā præ-  
cio dominus veniam peccatis spoondit,  
pacisciq; est dignatus, demū piget secun-  
dæ, imò

dæ, imò iam vltimæ spei , subtexere men-  
tionem inquit, ne retractantes de residuo  
auxilio poenitendi spaciū adhuc delin-  
quendi demonstrare videamur . sed absit  
ut aliquis ita interpretetur quasi eo sibi  
etiam nunc pateat ad delinquendum quia  
patet ad poenitendum, & redundantia cle-  
mentiæ cælestis libidinem faciat humanæ  
temeritatis. nemo idcirco dèterior sit, quia  
Deus melior est, toties delinquendo, quo-  
ties ignoscitur, cæterum euasimus semel  
naufragium, pleriq; autem naufragio li-  
berati exinde repudium & naui & mari  
dicunt, & Dei beneficiū, suā scilicet salutē  
memoria periculi honorant. laudo timo-  
rem. diligo verecundiam , nolunt iterum  
diuinæ misericordiæ oneri esse, formidant  
videri inculcare, quod sunt consecuti, bo-  
na certè solicitudine iterum experiri vi-  
tant quod semel didicerunt timere. itaque  
modus temeritatis est testatio timoris , ti-  
mor autem hominis est honor Dei . atta-  
men peruicacissimus ille hostis nunquam  
suæ malitiæ ocia facit, atquin tunc maxi-  
mè sœvit, cùm hominem sentit plenè li-  
beratum, tunc plurimum accenditur cùm  
**extinguitur, doleat & ingemiscat necesse**  
**cst ve-**

DE EXOMOLOGEST

est venia peccatorum permissa, tot in ho-  
mīne mortis opera diruta, tot titulos dā-  
nationis erasos etc. Hęc igitur eius vene-  
na Deus prouidens, clausa licet ignoscen-  
tię ianua & intinctionis fera obstructa ali-  
quid adhuc permisit patere: collocavit in  
vestibulo pœnitentiam secundā quę pul-  
santib⁹ patefaciat etc. Pigeat ergo peccare  
rursum, sed rursum pœnitere non pigeat,  
pigeat iterum periclitari, sed non iterum  
liberari, neminem pudeat iteratę valetudi-  
nis, iteranda medicina est, gratisq; domi-  
no extiteris, si quod tibi ipse offert nō re-  
cusaueris etc. Et cùm multis exēplis pro-  
bauisset pœnitentiam secundam, tandem  
posita exomologesi illius filij prodigi, tan-  
tum releuat inquit confessio delictorum  
quantum dissimulatio exaggerat, confes-  
sio enim satisfactionis consilium est, dis-  
simulatio contumacię huius igitur pœni-  
tentię secundę & vnius (nā agit de publi-  
ca & solenni quę semel duntaxat⁹ iuxta  
maiorum placita, & canones decretales  
cuiq; in vita admittebatur) quanto in ar-  
cto negotium est, tanto operosior proba-  
tio, vt non sola conscientia proferatur, sed  
aliquo etiam actu administretur, qui actus  
magis

magis græco vocabulo exprimitur & frequentatur, estque exomologesis, qua delictum Domino nostrum confitemur, non quidem ut ignaro, sed quatenus satisfactio cōfessione disponitur, confessione pœnitentia nascitur, pœnitentia Deus mitigatur. Itaque exomologesis prosternendi et humiliandi hominis disciplina est, conuersatione inungens misericordiæ illicem etc. ita Tertull. Verum de hac publica & solenni confessione quæ fiebat in totius ecclesiæ senatu, & fidelium publica concione ritu & cæremonijs ad prodigium usque religiosis postea habebitur, nam & Irenæus apostolicis viris familiaris quasdam mulieres ab heresi quadam ad fidem catho. deficiētes, in manifesto exomologism fecisse, nonnullas ad vomitum reuerfas omnē spem vitæ cœlestis abiecisse semel in vniuersum, quasdam inter vtrunque dubitantes, neq; intus neq; foris extitisse, quod est proverbij, refert lib. i. aduersus hæreses cap. 9. Primū omnibus in confessio est, cōfessionē in scripturis frequentatam variam diuersamq; esse, vnam laudis & gratiarū actionis cuiusmodi est illa Matt. ii. Confiteor tibi pater etc, alteram

Confes-  
sionem  
aliam &  
aliam re-  
periri in  
diuinis  
literis.

pecca-

DE EXOMOLOGESI

peccatorum ut ibi, dixi confitebor aduersum me iniustitiam meā domino Psal. 31. ut habet august. explan. 120. ad Honorat. cap. 24. & ser. 8. de verbis Domini secundum Matt. & circa illud Psal. 29. Nunquid cōfitebitur tibi puluis, & circa illud Psal. 7. Confitebor Dño secundū iustitiā eius, & illud Psal. 66. Confiteantur tibi populi Deus, & illud Psal. 110. Confitebor tibi domine in toto cerde meo, & in prologo Psalmo 117. Confitemini Domino quoniam bonus, & alias creberrimè, ac post eū D. Prosper circa initium Psal. 110. Similiter Rucherus episcopus Lugdunen. quæstionibus super Psalmos. Et Hierony: circa illud Matt. 11. Confiteor tibi pater, & circa illud Psal. 117. Confitemini Domino & circa illud Psal. 41. Quoniam adhuc confitebor illi. Et D. Arnob., & Cassiodo. & Chry. & Orige. & Basil. & Ambro. & Theodoret. & Athanas. & Hilar. & alij quiq; qui in Psalmos sunt commentati nō nisi hanc duplē confessionē toto perpetuoq; Psalterio expendi inquiunt & cani. Ego omnem vitam ei insumendā, omnesq; rationalis naturæ cogitationes omniaque studia in ea ponenda facile censuerim

rim, memineruntq; earum quoq; præter scholasticos alios D. Richard. de S. Victo. part i. lib. 3. de præparatione animi ad cōtemplationem ca. 12. & latissimè pariter ac pulcherrimè lib. 1. de extermine malit & promotione boni ca. 2. 26. & D. Hug. de S. Victo. in annotationib; in psal. 91. Bonum est cōfiteri dōmino 26 ca. 64 & Rab. lib. 2. instit. cleris ca. 14. & v. Beda lib. 3. comment. in luc. 10. ca. 42. D. August. si quidem tractans illud psal. 94. præueniamus faciem eius in confessione. Confessio inquit, duobus modis accipitur in scripturis, est enim confessio laudantis & confessio gemētis, illa ad honorem pertinet eius qui laudatur, hæc ad poenitentiam illius qui confitetur, confitentur namq; homines cum Deum laudant, confitentur cum se accusant, & nihil dignius facit lingua, ut vere pūtem quod ipsam sint vota de quibus dicit Psal. 65 reddam tibi vota mea que distinxerunt labia mea, nihilque ista distinctione sublimius, nihil tā necessarium & ad intelligendum & ad faciendum, quomodo ergo distinguis vota que redditis Deo? ut illum laudes te accuses, quia illius est misericordia quod peccata nostra di-

B mittit,

DE EXOLOMOGESI

mittit. nam si vellet pro meritis agere, non inueniret nisi quos damnaret. monet ergo ut recedamus à peccatis nostris, & non nobiscum deducat rationem de præteritis, sed tanquam tabulæ nouæ fiamus incensis omnibus chirographis debitorum nostrorum. quanta ergo illius laus? quanta misericordia? confiteamur itaque laudantes. nam si confessio semper esset pœnitentis non diceretur Luc. 10. in illa hora exultauit Iesus in spiritu sancto & ait. Confitebor tibi pater etc. quam cōfessionem non esse peccatorū nemo ignorat. preueniamus ergo faciem eius in cōfessione, id est ac si diceret, venturus est, sed nos eum perueniamus confitendo, damnemus quod fecimus, vt ille quod coronet, non

Sic nēpe  
Deus iu-  
stifica-  
tur in ser-  
moni-  
bus suis  
& vincit  
cum nos  
Dei iusti  
mendat.  
Rom. 3.

quod damnet, inueniat. nunquid autem & hoc quod peccata tua confiteris non pertinet ad laudem Dei? Imò verò maxime, quia tātò amplius laudatur medicus, quātò amplius desperabatur ægrotus. confitete itaq; peccata tua quò magis desperabas de nostraq; te propter iniquitates tuas. tātò enim magis maior est laus innocentis quātò maior exaggeratio peccata confitentis. non ergo putemus à laude eos cantici recessisse, si iā hic

hic confessionē intelligimus quā peccata  
nostra cōfitemur, nā & cognitio peccato-  
rum Dei gloriā commendaſt etc. Simili-  
ter Ser. i. dominicę S. post octauas Epiph.  
Vbi tractat illud Matt. ii. Confitor tibi  
pater, circa illud vero Psal. 75. Cogitatio  
hominis conſitebitur tibi, & reliquiae co-  
gitationum diem festum agent tibi, prima  
cogitatio ait est vnde incipimus, ipsa nim-  
rum confesſio damnans vitam priorem et  
displicens ſibi de eo quod erat, vt sit quod  
nō erat, ſed quia ſic debes recedere a pec-  
catis prima cogitatione Deo confefſus, ut  
non tibi excidat ē memoria quōd pecca-  
tor, fuisti ſolēnia celebraſ Deo per gratia-  
rū actionem. Prima ergo cogitatio cōfes-  
ſionem habet & remiſſionem à veteri vi-  
ta, reliquię autē tandem etc. Ita ibi ferē Aug.  
Quas duas confessionis species eruditissi-  
mè complexus eſt ipſe Aug. lib. 13. & utri-  
usq; uſus cū in veteri tū nouo instrumēto  
fidelibus eſt frequētissimus, & vtrāq; qui-  
dē exhibuerūt tres pueri illi fornaci Babi-  
lonicę iniecti mortē ijs prēmissis ſecuri ut  
videtur præſtolaturi. Daniel. 3. Itemq; ipſe  
Daniel captiuitatis babilonicę pertefſus Da-  
niel. 9. Et Baruch hanc vtranque confef-  
ſionem

Horum  
exempla  
admo-  
net chris-  
tianos  
lapsos ex  
omolo-  
gesis fa-  
ciendę ſa-  
cerdoti  
D. Cypr.  
fer. de 12.  
pſis.

B ij

ſionem

¶ DIE EX O L O M O G E S I 2

Sionē præscribit Israelitico populo in solo  
natali Ierusalē adhuc degēte; vt p̄e eā Dñi  
fidem, opemq; implorarent supplices. Ba-  
ruich. 1.2. 26. quod & Poet aliosq; vates fe-  
tisse studiosissimè facile est explorare. Et  
Baruch preceptor Ioremias, totus in hoc  
est quēadmodū & Moses, omnesq; retrō  
prophetē nihil quā mortales ad suorū pec-  
catorum agnitionē & confessionē, atq; di-  
uinorum beneficiorum memoria reduce-  
re, ac reuocare manibus pedibusq; contē-  
debant. ihs modis ludith illa, & I satinoris  
magnitudine pulcherrimè gesti, viteq; san-  
ctimoniamq; biliissimam facit in obſidione  
Bethulicarca. 8. etc. Et Tobias Aſſyriorum  
præfus tyrānide caſo & frāttes illi tā ger-  
mani quām rūterini 2. Machab. 7. & Iudæi  
vniuersi priuile Hester & auunculo eius  
Mardochēo deprecaturi mala proximè  
impendentia ab Iudaicæ gentis æmulo  
Amano hæcq; euāgeliū hoc est boni nūcij  
non minima pars est Apostolis & euā-  
gelistis & doctoribus reliquisq; mysticis  
commissa, vt quocūq; gentium locorum  
que diuerti eos cōtingeret nihil quām Dei  
erga nos immeritos gratiā, & nostrā erga  
cum ingratitudinē suggererent, eius erga  
nos

nos affectum, amorem, beneficia, nostram  
vicissim in eum exercitam malitiam, odiū  
ingratumq; animum, inculcarent, omnes  
deniq; ad bonitatis benignitatisq; diuinæ  
& propriæ cuiusq; malitiæ suæ excitarent  
confessionem, neq; aliud sanè præter hanc  
vtranque ingenuam confessionem ab ho-  
mīne protoplasto elicere, atq; extorquere  
voluit Deus post facinus illud admissum  
memorabile, ad pœnitētiam cum incitans  
Genes. 3. quemadmodum interpretatur  
August. lib. 11. de Gene. ad literam ca. 33. &  
& sequentibus, nunquid enim dixit pec-  
cator Adam peccavi inquit? superbia ha-  
bet nempe cōfusionis deformitatem, con-  
fessionis vero humilitatē nequaquam, id  
quod etiamnum superbiz humanæ est si  
quid mali agunt, vt in Deum, aut alium  
referant culpam, si quid boni, attribuāt si-  
bi etc. & lib. 2. similiter de Gene. contra  
Manichæos ca. 16. etc. D. Bernar. Hom. 2.  
de laudibus Beate virginis Mariae, & Ru-  
pert. Tuiti: non reus præuaricator Adam  
Deum prior inuocauit ait, sed Deus lu-  
dex præuaricatorem prior vocauit cùm  
hoc illi magis expediret vt præoccuparet  
faciem eius in confessione, & dignam sa-

B iij tageret

6 DE EXOMOLOGEST.

aggeret saltem post peccatum satisfactio-  
nem offerre etc. lib. 3. comment. in Genes.  
ca. 14. etc. & certè quanquam Deus nosset  
peccasse eos, exegit tamen confessionem,  
ut quia confessio iudicium quoddam est.  
Vnde & in iure confessos pro iudicatis ha-  
bet iustitia. C. lib. 7. l. confessos, a se se iudi-  
catos Dominus nō iudicaret sed absolu-  
ret sicut docēt Esa. Iere. cāteriq; prophetæ  
& Paulus præter Apostolos alios i. Cor. ii.  
Si nos metipsoſ iudicaremus, non utique  
iudicaremur, hoc est ait Chrysost. si no-  
stra tantummodo peccata agnosceremus,  
si nos metipsoſ condemnaremus reamque  
nostrā pte ageremus cōſcientiam. Similiter  
Theo. & Oecume. & Primasi. & Ambro.  
si enim vellem⁹ nostrā vitā rationes inire  
inquit Theodoretus Cyre. Episcopus, &  
iusta in nos ferremus sententiā, nō ferret in  
nos Deus, qua nos suppicio dederet etc.  
Est quippe forum istud iudiciale poenitē-  
tiæ ut diximus si meministi pro reo po-  
tius quam contra reum, vbi confessio le-  
gitima non (ut fit in foro imperiali) pœ-  
nam sed veniam meretur, in quo actor  
Deus non ad rei damnum atq; discrimin  
sed ad ſalutis emolumētum affectat viam  
quod-

quodque ipse instituit diluendis dirimendisque, & quasi ex albo eradendis peccatorum omnibus causis, si supplices esse velint, sin contrà contumaces litem integrâ reseruet iudicio futuro, quod non rarò appellat per sacræ scripturæ oracula, de illo nāq; iudicio in quod seipsum vocare debet peccator latè tradit Aug. Hom. 50. 5. de vtilitate et necessitate poenitentiæ. nam Ouid. Nasone quoque teste, numen confessis aliquod patet lib. 10. Fab. 9. Metaph. Et Luc. ann. Sene. postquam nō tā cœlum et terram quā animum mutandum monuisset Luciliū initium salutis, peccati notitiam asseruit esse, egregièq; ita censuisse Epicurum. nam qui se peccare nescit non velle corrigi deprehēdere prius se quēq; debere antequam emendet, quidam enim vitijs gloriantur inquit, qui mala sua virtutum loco numerant, num eos existimas aliquid de remedio cogitare ideo quātum potes te ipse argue, inquire in te, primūq; accusatoris, deinde Iudicis nouissimè, aliquando deprecatoris partibus fungere lib. 3. epistol. 28. & lib. 7. epist. 54. dicit nos capi obliuione vitiorum nostrorum eoq; sæpe ea nos latere magis quo maiora sunt,

B iiiij et con-

& contrà prorsus euenire in animi quām  
- morbis corporis, quod ibi quō quis peius  
- habet minus nonnunquam sentiat, quare  
- enim vitia sua nemo confitebitur inquit,  
- quia etiam nunc in illis est: utque somniū  
- narrare vigilantis est, ita vitia sua confi-  
- teri sanitatis iudicium etc. & libro 7. epi-  
- stola 57. Omnia vitia in aperto leuiora  
- esse, & morbos tunc ad sanitatem incli-  
- nare cùm exabdito erūpunt, vimquē suam  
- proferunt, & item auaritiam ceteraque  
- mēntis humanae vitia tunc perniciofissi-  
- ma, quando simulata sanctitate subsidunt,  
- affirmat, idque planè est quod Bernard.  
Serm. 1. Epiph. dicit Adamum quan-  
do latēre voluit, & non se prodere ac ut  
decebat liberalēm indolem, confiteri &  
aperire medico præsentī suam ægritudi-  
nem fugisse quidem, sed non effugisse,  
nimirum quod inobedientia punita sit  
inobedientia quod ait August. atque ita  
par pari relatum. sicut enim ipse fuerat  
rebellis Deo volens, ita se sibi mox sen-  
sit rebellem nolens, libro 1. de nuptijs  
& concupiscentia cap. 6. & 31. hinc Chry-  
- sost. Homil. 16. in Genes. 3. pertractas  
illud audierunt vocem Domini Dei de-

ambu-

ambulantis etc . illū iudicē incorruptum  
cōscientiam inquām , naturā humānē in-  
seruisse perpetuam peccati accusatricē , te-  
stem , indicem iudicē , vindicem , vt si ani-  
mus malē sibi conscius celare velit suum  
morbū , quod est peccatum , ea vrgente  
impellenteque quamlibet contrā ille ni-  
tatur , non posse tamen neque fese , nedum  
Deum naturā p̄fide m fugere existimat  
potiusq; ad humilem exomologesim tan-  
quam asylym quoddam hortatur confu-  
gere etc . neque ob aliud siquid ego iu- Peccato-  
dico , vel nature lex animis insculpta , vel rū cuiq;  
lex illa mosaica chartis mādata , lata est , quā suorum  
vt peccata ostenderet , argueret ostēsa ; ar- agnitio-  
guta confutaret , confutata in odium voca- né & co-  
ret , exosa poenitentiæ abolituræ atq; con- fessione  
fessioni quasi morbum medelæ subderet , ad virtu-  
ita nempe per legem naturā doctus Sene- tem me-  
ca commendabat confessionem usque eo thodum  
profectō ut lib. de moribus nihil dubiter  
ibi esse remissionem ubi est confessio . vn- effe.  
de est illud Comici in phormione ubi sua-  
det Demipho . act . 5 . peccatum elatum fo-  
ras quodque celari nequit id indicare pla-  
cabilius esse , & cūm minimè gentium  
merito peccauisse Chremetem dixisset  
in uxo-

DE EXOMOLOGEST

Cice. pro in vxorem: verùm quādo iam accusando  
Ligario. fieri infectum non potest, ignosce ait ad  
ingenua criminis vxorem, orat, confitetur, purgat, quid  
cōfessio. vis amplius? Et Lampadiscus apud Plaut.  
ne lachri mis obte in cistella . natura duce prudens, opti-  
stationi- bus com- confessionem delicti, plusquam purgatio-  
misera- tiōis ple- nē esse, & iustitiæ reconciliatiue par-  
nis Cæ- fariis ani- tem permaximam, commoda inquit ad  
miseri- ancillam loquelas iam tuā, tibi nos pro-  
cordiam dimus ac confitemur cistellam habere. ita  
lectere conatur quo Lacedemonij autore Lycurgo vtebā-  
idem ad tur, exomologesi se submisere Ephesij act.  
Octa. sic ait, liceat 19. in peccatorum publicam cōfessionem  
semel im erumpentes conuersi, aliæq; item gentes  
punè pec vniuersæ, scripto vero iure quod Atheni-  
care. sit ensibus magis placebat, ad confessionem  
erranti Medici- adegit suos auditores Iudæos. lex enim ijs  
na cōfes- illa videlicet Mosaica, quæ in lege sunt lo-  
gio. quitur D. Ioannes Zachariades. Postremò  
eousq; lex quædam natura humana comparata inditaq; diuinitus instar igniculi di-  
uinę mentis partis non permittens ignos-  
centiam impunitatemq; quequam pol-  
liceri sibi, nisi & de perpetrato scelere do-  
leat, suamque offendam agnoscat, ac de-  
prece-

precetur, ipsamque adeo confessionem  
deprecationem quandam, ipsamque de-  
precationem suam retur confessionem.  
Ecquid porrò omnes orationes M. Cice-  
ronis Demosthenis, aliorumq; seu latino-  
rum, seu græcorum, rapidissimi more flu-  
minis decurrentes, mille suadendi artibus  
imbuitæ, moliebantur, quam ut veri pro-  
fessionem, falsiq; cōfessionem persuaderēt  
partibus? Ecquis verò veniam dedit reo iu-  
dex non petenti, quamuis oppidoquā do-  
leret de criminē? Ecquis reus non primam  
sibi ad veniam promerēdam vñquam est  
arbitratus peccati cōfessionē liberalē? Po-  
tissimam ego certè sicut commendationis  
si iudici iusto esse libet, ita & absolutionis  
si congruit ei misericordi vnam eamque  
totam rationem semper estimavi peccati  
abs reo confessionem. Poenit. Num &  
hanc igitur oris confessionem primis pa-  
rentibus peccato obnoxij indicātam puta-  
bimus? Catech. Prorsus ita sentio. quā-  
uis enim Deus est animus nobis ut carmi-  
na dicunt, aut ut nostris verbis vtamur,  
spiritus sit Deus, sitque pura mente pro-  
inde, & spiritu, ac veritate colendus, cūm  
tamen apparuisse eum corporalibus qui-  
busdāit

DE EXOMOLOGESI

busdam figuris amictum ( vt ita dicam)  
habituque indutum humano, liquidò cō-  
stet, & potuisse suo solo animo, & spiri-  
tu omnia penetrante monere, arguere, re-  
uocare illos sit certum, si animus & spiri-  
tus diuinus animum & spiritū humanum,  
quid ni corporalis habitus corporalia exi-  
gat officia nisi frustra os homini sublime  
dedisse cœlumq; tueri , Deum putemus,  
iussisse & erectos ad sydera tollere vult?  
neq; enim solum quia secundum Philip-  
pum li. i. periermenias verba & voces no-  
ræ sunt & symbola eorum quæ in animo  
versantur passionum, hanc confessionem  
existimare debemus necessariam , quum  
ipse Deus cordis lustret perspiciatq; arca-  
na, eiq; omnia pellucat, verum enim uero  
quia homo qui superbia peccarat, propria,  
sui condemnatione, atque sententia actus  
reus nō suę iustitiae, sed merę misericordię  
Dei, suā absolutionē vnicè ferret acceptam  
& qui contéptu Dei, & amore sui merue-  
rat supplicium, contemptu contrà sui, Dei  
vero zelo, atq; amore actus euaderet, ta-  
lione quadam pro satisfactione Deo ob-  
lata, sibiique irrogata. Neq; enim tā idcir-  
co mentis cōpunctio orisq; cōfessio ad sa-  
mabiliud lutem

Iutem necessaria videbantur, quia & mente  
& ore offenderat, quam quod sicut Deus  
totus mens est, eoq; tota mentis conuer-  
sione dolendum, & sicut totus corporale  
se exhibuit, ita totus homo gestu & reli-  
gione corporali debuisse videatur pœni-  
tentis habitum induere, præsertim cum  
vox domini Dei creatoris, creaturæ homi-  
nis serui vocem elicere, exempli gratia, In-  
terrogatio responsonem, Interrogatio sup-  
plicationem & confessio hemi existimari  
valeat, nisi preposteri astimatores & mil-  
qui esse velimus. Pœnit. At mihi cor-  
doliū est (ut Plautino verbo utar) inquiet  
quispiam, cor autem contritum & humili-  
atum si dauidi per vos credere licet, Deus  
nō despiciet. Cathech. Quid id? unde cor-  
dolum obsecro? nonne ex peccati odio &  
virtutis deiq; amore? Nonne ex timore ge-  
hennæ nonne quia per peccatum, quod  
siue cor solum, siue cor & corpus, mutuis  
commodatis operis per patrariū totus ho-  
mo perire? Quid nō igitur totus homo la-  
boret in poena qui culpæ & per consequē-  
pœnæ totius est obnoxius, dolendum igitur  
ab animo, & quidem potissimum do-  
lendum ab oculis, dolendum ab ægritu-  
dine

DE EXOMOLOGESIA

dine, & peccati poenitentię tota equidem  
indidem vnde oritur facias oportet stulti-  
tiam & culpam sepelibile. Verum & ge-  
nuinum infigam & aliquid dicam morda-  
cius. qui vsque adeò sua peccata homines  
latere volunt, cur non in latebras abscon-  
dunt pectore penitissimo, & suam stulti-  
tiam solam faciunt, ut sciāt siue alijs? Quid  
verentur referre serio ad poenitentiā, quæ  
non est veritum & concipere & fari, &  
facere, quasiq; iudos, aut triumphos bel-  
los ducere ac commemorare palam. Atqui  
missa iste sunt. hactenus tradidisse sit fa-  
tis, hæc duo confessionis genera, laudis, &  
peccatorum, cùm scripturæ sacræ, tū patrū  
orthodoxo. vñsu esse tritissima. Tertia que-  
dam confessionis species est, fidei, verita-  
tis, atq; iustitię de qua Matt. 10. Omnis qui  
confitebitur me coram hominibus, confi-  
tebor & ego eum etc. Vnde Græcis Mar-  
tyres, id est, testes latinis confessores dicti  
sunt ante mille quingentos annos, id quod  
lippis & tonsoribus est notum, eiusmodi  
confessionem Christum fecisse corā Pōtio  
Pilato, testatur Paul. 1. Tim. 6. hanc confes-  
sionem fecit Ioannes Baptista, Ioannis. 1.  
quando testimoniu perhibuit veritati, &  
confes-

5915

Confessus est & nō negauit etc. hanc vbiq; à nobis Christianis omnibus exigit Christus & Apostoli confessionem, qui nomē in baptismo ei dedimus , & perpetuo ob oculos nostros apostolum, & Pontificem confessionis nostræ Iesum versari debere astruit Paul. Heb. 3. Tenendamq; spei confessionem monet Heb. 4. Et quod corde creditur ad iustitiam, ore confitendum ad ad salutem Rom. 10 . hanc confessionem integrā atq; synceram, non in varias se-  
ctas dissectam esse debere indicatur 1. Io-  
annis 2. Omnis qui negat filium, nec patrē  
habet, qui confitetur filium & patrem ha-  
bet etc. eamq; symbolo quod Apostoli-  
cum ab Authoribus nuncupatur, Christi  
successores in opere ministerij sui ad con-  
summationem corporis, quod est Ecclesia  
grauiter occupati perstrinxere, hinc con-  
fessioni Christianæ debere vitam moresq;  
respondere Christiani, insinuat Aposto-  
lus Tit. 1. & Iacob. 2. etc. & 1. Ioannis 1. etc.  
& latè Clemens lib. 4. Stromā. Cæterum  
hæc alio opportunius seruabuntur fortè.  
Poenit. Sic teneo tres esse in scripturis cō-  
fessionis actus, videlicet laudis, seu gratia-  
rum actionis, qui hymnum , & pietatem

quæ

DE EXOMOLOGEST

quæ græcis εὐολογεῖται dicitur, estque fatriæ  
cultus, & soli Deo debitus (vt opinor) cō-  
pletebitur, estque iustorum proprius. Se-  
cundus est fidei, qui bonis malisq; pari-  
ter cōmmissis est. Tertius est peccatorum  
quem ego mihi, mihique si nullib[us] pec-  
catorib[us] competere iudicet. verū quo-  
modo probari mihi quæat, hanc v[er]itatem  
omnibus peccatorum beneficis recensit  
quam auricularem vocant confessionem est  
se necessariam, & diuinis scriptis maiorumq;  
coh[er]etudini, & Ecclesiastum Ap[osto]lica[rum]  
decretis satis conguere, non satissim.  
telligo præsentim quod Erasmus videam  
tamme dubium a se dimittere, quam ad-  
mittere ad se, cumque ipsum ita versare ac  
reverfare opinionem: si quietareque me  
dium (siquid sapio) ut ibi commendare exo-  
mologesim sacerdoti faciendam videatur  
plurimum, alibi si non delictari, ita lat-  
men sitie æquis, siue inquis sugillato  
querelis (nam cauillis religio est dicere)  
aut certe tenebris, nescio an plusquam phi-  
losophicis (nam plerique illorum nihil  
quam querebant, semper dubij, semperq;  
incerti) inuolnere (non dico veritatem,  
quam nulli argumentorum nexus vinciam  
detine-

sup

detinere valent, quin emicet eluceatque) Erasmus  
 sed suam hac de re sententiam incorruptā in sua ex  
 & meram abdere, & implicare, & verbo- omogesi  
 rum sententiarumque obscuritate tegere quā pau-  
 vt Delio natatore opus esse pūtem, vtcapi lō ante  
 possit eius mens atque sententia, præstis- mortē re  
 seque nonnunquam apud me cogitem ta- cognoscere  
 cuiſe, quam quod non intelligatur pro- uit inge-  
 culisse, & longē esse satius neutram partem nuē fate-  
 tangere, quam vtramq; relinquere ambi- tur se fa-  
 guam, nimiumq; altercando amittere ver- tis pro-  
 titatem quod aiunt, cuius nō perplexa sed pensum  
 simplex est oratio Euripide in Phoenis. & in eam  
 2. Senec. epist. 49. testibus, non vafris egēs opinio-  
 ambagibus interpretum, nec Rhetorum, hem, que  
 aut Poëtarum, qui mendacia verborū le- statuit  
 nocinijs fucare solent, aut parasitorum, aut cōfessio-  
 sycophantarum artibus, qui quōd non ex nem à  
 animo dicant, solent accuratius adornare Christo  
 sermonem, ac veros affectus hoc diligē- institutā  
 tius imitari verbis, quo magis affectibus seq; eam  
 vacant, & qui conducti plorant in funere, propug-  
 dicunt ac faciunt propè plura dolentibus naturum  
 ex animo, sed ipsa per se sibi congruens sententiā  
 C nullis vbi solidis scrip-  
 suspicionibus. Idem si in annotationibus & scholijs turarum  
 Hierony-  
 manis & reliquis suis fecisset lucubrationibus, locis aliquot su- argumē-  
 spectis persanatis, æquiora de illo nūc essent posteritatis tis fuerit  
 iudicia. Quod vtinam viro immortali memoria in mēte venisset. instruct⁹  
 Ita me-  
 deri vō-  
 luit ho-  
 minum

Hierony-  
 manis & reliquis suis fecisset lucubrationibus, locis aliquot su-  
 spectis persanatis, æquiora de illo nūc essent posteritatis iu-  
 dicia. Quod vtinam viro immortali memoria in mēte venisset.

## DE EXOLOMO GESI

nullis indigēs, aut ornatior coloribus, om-  
nesq; id genus fucos negligēs, ficus ficus,  
ligonē ligonē vt est in proverbio appellat  
sermo. verò iniquus, quia per se morbidus  
est, medicamina hīc inde alienasq; plumas  
exquisitè depositit sibi. Catech. Præclarè  
sanè Terēt. in Andria, eiusq; familiaris Ci-  
cero in serm. de Amicitia. Obsequiū ami-  
cos, veritatē odiū parere affirmat. neq; mi-  
nus elegāter quā forti digne viro. ille qui  
dixit, amicus Plato, amicus Socrates, ami-  
cior veritas. Quid enim attinet hīc vlcus  
Erasmianū refricare, & cicatricē vtcunq;  
vulneri obductā vellicare. nullus enim ig-  
norat D. Erasmū si quod sentimus ingenuè  
fas est dicere, nūq; tātā inisse cū humanio-  
nioribus Musis (quas inquiūt) gratiā, quātā  
nominis sui, offendis sacratoribus illis, &  
theologicis, quibus litādis libido ardēs in-  
cessebat, fecerit iacturā, multoq; suæ con-  
suluisse meli⁹ memorię potuisse, si aut mo-  
deratis affectib⁹ has inuitias nō attingisset,  
aut illas nō nisi cōsultis hisce amicisq; ama-  
tauisset deperisseq; ( nā musæ in magnis  
ingenijs riuales interdū admittūt, in par-  
uis nō ita sufficit enī vna vni ingenio ars  
atq; facultas) vel certe inter illarū ample-  
xus hæ-

xus hærēs, sua sorte cōtētus plus pēsi mo-  
 deratiq; inter scribendū (quod ego vnū in  
 eo desidero) habuisset, scitū est liquidē im-  
 probum literarum amatorem fuisse Eras-  
 mum, neque parum eius improbis, ope-  
 rosissique deberi elucubrationibus, atq; vti-  
 nā tātū suis studijs modi (est enim modus  
 virtus pulcherrima Flac. Hora. teste) addi-  
 disset, quātū Philosophiq; quotidiano ope-  
 ri (quæ eius maxima laus est) dedit operæ.  
 Sed nos reliqua prosequamur, est quippe  
 mea opinione, odiosa hęc silētio pertrāsire  
 quā oēm camerinā mouere plausibilius et  
 veteri comœdia, vbinoīa quorūq; perstrī-  
 gebantur mihi noua magis, imò & satyræ  
 ipsæ quantuncunq; salaces, atq; mordaces  
 modò, quæ in rē quāpiā faciāt tractat pro-  
 bādæ iudicātur. Poenit. Age igitur & cęp-  
 tis insta tuis fœliciter. Catec. Cōfes-  
 catorū multifaria est. Vna quę fit Deo, quā  
 ad salutem esse necessariam nemo ambigit  
 mortaliū. Altera est quæ sit hoib<sup>9</sup> idq; mo-  
 dis varijs. Primò reconciliandi eos gratia  
 quos offendim<sup>9</sup> de Mat. 5. Si offers munus  
 tuū ad altare, & ibi recordatus fueris quia  
 frater tuus habet aliquid aduersum te, re-  
 linque ibi munus tuū ante altare, & vade

Poenitē-  
da in  
Erasmo.

Confes-  
sio diuer-  
sigena.

C ij prius

DE EXOLOMO GEST

prius reconciliare fratri tuo etc. & Luc.17.  
& Matt.18. & Marc.9. Si peccauerit in te  
frater tuus increpa illum, & si pœnitentiā  
eagerit dimitte illi, & si sexties in die pec-  
cauerit in te, & sexties in die conueritus ad  
te fuerit dicens pœnitet me, dimitte illi,  
& Matt.6. & Marc.11. & Luc.11. Si dimi-  
seritis hominibus peccata eorum, dimitteret  
et vobis pater cœlestis delicta vestra, quo-  
modo Gene.50. Fratres Ioseph post mor-  
tem patris confessi sunt suum peccatum  
in fratre admissum, & Semei coram Da-  
uid confessus est crimen læsa maiestatis  
2. Reg.19. & Abigail.1. Reg. 25. peccatum  
ingratitudinis, & Saul. 1. Reg. 24. & 26.  
agnouit suam culpam de iniusta perse-  
quitione insonti illata, tali confessione  
Aaron, & Maria Germana soror Moysi  
suplices facti sunt, Nu.12. & alias frequēs.  
Secunda confessio peccatorum est iudicia-  
lis atque forensis, quam cum verborum  
cum pœnarū miris modis elicit abs reo iu-  
dex, qualem exegit confessionem S. Pet.  
Act.5. ab Anania & Saphyra coniugibus  
super precio agrario, & Iosue 7. ab Acham  
de Anathemate Ierichonano & Saul.1.  
Reg.14. quando inquisiuit de peccato ob  
quod

quod dominus iratus fuerat populo Israëlitico: sic peccatum suum cōfessus est pin-  
cerna pharonis, quod sui eousq; vatis Io-  
seph fuisset inimemor. Genes.41. Si duo  
Eunuchi Regis Assueri confessi posteā de  
re habitam quæstionem struxisse se Regi  
insidias morte plexi sunt Ester. 12. Haec  
confessionem vero verius est fuisse præ-  
ceptam filijs Israel, inter præcepta alia ini-  
dicia. Nume.5. enim habes, vir siue mu-  
lier cùm fecerit ex omnibus peccatis quæ  
solent hominibus accidere, & per negli-  
gentiam transgressi fuerint mandatū Do-  
mini atq; deliquerint, confitebuntur suum  
peccatum, & reddent ipsum caput etc. Ita  
Leuit. 4.5.6. etc. iubentur siue per erro-  
rem & ignorantiam, siue per contemptū  
& malitiam peccauerint qui cuiuscunque  
essent dignitatis, sexus, cōditionis & gra-  
dus pro delicti qualitate pér sacerdotem,  
aut, si sacerdos est qui peccauit, pér se of-  
ferre hostias expiatorias , ynde liquidissi-  
mè constat, confessionem fieri eo quoque  
temporis solitam Leuitis , hoc est ordini  
sacerdotali, neq; recens nuperq; à papistis  
quod cauillantur inuentum quæstus causa  
dogma de exomologesi sacerdoti facien-

Demon.  
stratio  
cōfessio-  
nis facie-  
de.

DEUS DEO

C iij da, quum

DE EXOMOLOGESI.

da. quū enim alijs peccatis alias litationes  
aliaq; sacrificia, autore Deo Moses expiā-  
dis ordinariit, sacrificiorum autem siue pa-  
cificorum id est gratiarum actionis siue  
pro peccatis antiates electus fuerit ordo  
Leuiticus, & siboles aaronica penes quam  
legem normamq; viuēdi requirere opor-  
tebat, quis inde non videat concludi vehe-  
mentissimè debuisse diu olim pœnitentes  
exomologesim facere seu confessionem  
siue publicam siue priuatam sacerdoti iu-  
dicaturo quod sacrificij genus peccato ex-  
purgando esset, placandoq; offerendum  
numiniq; enim ante oblationem nul-  
lam eos confessionem fecisse cuiquā mor-  
taliū, nisi vni Deo est verissimile, eò quod  
huic potissimum muneri sacerdotale of-  
ficiū fuerit ab initio destinatum, vt per  
sacerdotes auferrentur peccata, tanquam  
mediatores, & interpellatores sacrificios,  
vnde non raro peccatorum portatores in  
scripturis appellantur. non autem pote-  
rant scire quale sacrificium pro pœnitente  
non confessō esset offerendum, neq; si in  
genere quidem se peccatorem agnouisset  
corām, hincque colligere est opportuisse  
non multò lecius, atq; modò, omniū pec-  
catorum

icatorum arietates, ac diuersitates recen-  
sitas esse, antequam fieret per sacerdotū  
sacrificia peccatorum remissio, imò prius.  
quam quicquam pro peccatis offerre pos-  
set sacerdos, quum non magis de pecca-  
tis in genere cōfessis iudicare valeret quo  
modo qualibusq; modis esset exorandus  
Deus, atq; iudicare potest cæcus de colo-  
ribus, & iudex de causa sibi ignota. Idque  
est planè quòd nosse debet sacerdotes pec-  
catorū iudices, discrimē inter leprā & le-  
prā id est peccatū vnū atq; aliud et lepram  
& nō leprā, id est vitiū & virtutem, neq; si  
bene existimabimus, alio spectat ea toties  
in scripturis ad faciēdā exomologesim pa-  
rēnesis habita. Quid enī sibi velle putādus  
est Iesus filius Sirach Eccle. Pro aīa tua nō  
cōfundaris dicere verū. est enī cōfusio ad-  
ducēs peccatū, & est cōfusio adducēs glo-  
riā & gratiā, dein nō cōfundaris confiteri  
peccata tua, nisi quod nulla verecūdia, nul-  
lo pudore, nulloq; penè metu percusus,  
debeat quis corā suo iudice sacerdote oc-  
cultare peccatorū suorū verēda? confusio-  
nē siquidē & verecūdiā cōfitentis, remis-  
sionē & gratiam parere, dissimulationem  
vero peccatis peccata addere, multoq;ue

C iiiij con-

Vide Io:  
Stobēū  
Serm. 13.  
de vere-  
cūdia &  
pudore.  
Nā eum  
qué pœ-  
nitet pu-  
dere ne-  
cessum  
est.

DE EXOMOLOGE SI.

consuli melius pudori, & verecundiae, per  
pudentem confessionem, quam per im-  
pudentem nimiumq[ue]n pudori parcentem  
taciturnitatem, & occultationem, id quod  
amplius declarat cap. 17. Postquam enim  
penitentibus reliqui aliquid superesse me-  
morauisset, nempe ad Deum cōversionē,  
peccatorum detestationem, virtutis studiū  
etc. in partē inquit transī seculi sancti cum  
viuis & dantibus confessionem Deo, non  
demoreris in errore impiorum. ante mor-  
tem confitere à mortuo quasi nihil perit  
confessio, confiteberis viuens, viuus et  
sanus confiteberis etc. Neq[ue] aliam respexit  
Salomon p[ro]enitentiam, cui ut indulgeret  
rogatum habuit Deum in templi dedicā-  
tione, quām quē hanc exomologesim, qua  
quisq[ue] resipiscēs ab errore viae suæ purāq[ue]  
peccatorum omnium enumerationem  
complexa tanquam sui nō minimam par-  
tem satisfactionis loco offerret id sacrifici-  
cij, quod commisso peccato lege diuina  
responderet. Reg. 8. cuiusmodi exomo-  
logesim solennem atq[ue] publicam, s[ecundu]m se-  
cisse cum Aarone et Mose, et Eleazar, et  
Esdra, et Samuele, et Esaia, et Ieremia, et  
Ezechiele, et Daniele, et Baruch, et Iocel-  
alijsq[ue];

alijsq; plurimis quos enumerae longum est, sive sacerdotibus, sive iudicibus, praesidiis Israëlitis exploratum est satis ei, qui vel summus labiis veteris legis monumenta degustarit. Quarta confitendi peccata ratio est, vel conciliij, vel auxilij, & orationis ab alio peteđe, vel utriusq; ergo, verum in vicem humilitatem inserviantes Christiani mutuas ultro citroq; miseras, infirmitatesq; aperiunt, paperiendoq; excoipiunt, redduntq; vicissim mutuo se deplorent, orationibus ibuent. Deo in vicem commendent, tolerent, ferantq; non a grę neq; molestę alius alter aegritudinem, atq; molestiam, quam confessionem induit lacribus. Confitemini alterutru peccata verstra, & orate pro inicem & salpemini, nam ita accipit August. spiritus ad Adagodium 54, quoniam non noscimus eodę Augustino, alijsq; veteribus monachis significari, hic confessionem sacerdoti sciendam, hanc verò confessionem non dicatam non raro suę infirmitatis mole ymaginatus Paul. supplex fecit Romanis, Corinthijs, alijsq; quibus scripsit gentibus, quibus confitetur ingenuę humani nihil se alienum esse, neq; se immunem conditionis

DE EXOMOLOGESI

tionis mortalisq; naturæ, eoq; cupit se cō-  
mendatum iri precibus eorum apud Deū,  
id quod Petrum Apostolorū coryphēum  
& facilē principem , & Ioannem prædi-  
lectum illum Christi discipulum , reli-  
quosq; Apostolos, Apostolicosq; viros  
fecisse perpetuò manifestum est. Quinta  
confitendi ratio modusq; est sacramenta-  
lis; quo peccator negotiū salutis suæ agēs  
respicit intenditq; absolutionē sicut olim  
in testamento veteri , manifestatio lepræ  
sacerdotis de lepra declarandam sententiā  
eoq; porrò officiarius quo figuræ plus ve-  
ritas præstar. Est verò sacramentalis con-  
fessio( debet enim omnis institutio de re  
aliqua à definitione proficisci , vt intelli-  
gatur quid sit de quo disputatur) actus vir-  
tutis poenitentiae, quo quis peccator quem  
poenitet sui post legitimam conscientia  
discussionem cum dolore & peccatorum  
detestatione propositoque se emendandi,  
& bona animi spe veniae consequēdæ sup-  
plex apud sacerdotem, hac in causa diuina  
autoritate iudicem confitetur omnia po-  
tissimum peccata mortalia , quorum in  
mētem venit, paratus subire iudicium tri-  
bunalis sacerdotalis, & implere pro virili  
senten-

LITOIJ

sententiam super sua causa in confessio spōte  
expōta, per Christi vicarium ferenda; &  
hac de controvētit orationum modo inter  
Orthodoxos & schismaticos. nam de alijs  
confitendi modis satis nobis illisq; conve-  
nit. illud te comprimis admonitum volo  
ut purgatis affectibus, nulliusq; iuratus in  
verbis magistri, mē audias, & quomodo  
præfari solet Socrates ut est testis Plato in  
Apologia, & alibi frequenter, & est apud  
Theodoret. lib. i. græcanicarum curationū  
§ de fide; te maxime rogatum cupiam, nec  
in iustis quantum e quidem sentio, prece-  
bus ut elocutionis nostra victionisque  
posthabita ratione, fortasse enim insulsam  
fortasse verò & bonam illam esse contin-  
get, in id duntaxat animu[m] intendas si vi-  
delicet iusta sunt ea quæ dico. Erat enim  
Socrates hom[in]e in eruditus neq; satis cōp-  
tam formatamq; linguam habens, & Por-  
phyrio & familiaribus discipulis eius, Plat-  
tone & Arist. testibus, tamque sermones  
atque oratione barbarus, quam ingenio et  
indole egregia. Auditurus es enim non tā  
elegantia quam fortia, quemadmodum  
etiam Cyprianum præfari solitum sepe le-  
gere me nemini. Pœnit. Quo pede coe-  
pisti

pisti; sic bene semper eas, i: pede faustor: id  
ego vnum flagito abs te ostendi mihi hanc  
confessionem; quam dicas, nō esse pridem  
ex placitis monachiorum & Papistarum  
ab hinc annis i quadrageitis plus minus  
pœnitentia emungendæ gratia profectam, &  
in mores hominum induitam, sed a ma-  
joribus ipsi sc̄; adeo apostolis per Ecclesi-  
arum mixtā ac temporum & Episcoporum  
aliasq; illucq; successiones, quasi petomā-  
nus mutuò contingentes, & strictas int̄-  
demq; tradentes nobis, exhibitam esse hā-  
dem: esse namque mihi in antiquitate nu-  
m̄nis quid videtur, unde temere omni  
posteriori non liceat discrepare. Catech.  
Ita ut vis faciam nam quod in nouo testa-  
mento confessio ea quæ diximus omnium  
peccatorum distincta, sit necessaria, hac  
physica ratione probari videtur (naturam  
enīm tanquam optimam hac in re ducem  
sequimur quasi Deam eiq; paremus, quid  
enīm est aliud gigantium more cum dijs  
pugnare, nisi naturæ repugnare inquit  
Tull. in suo Catone siue de Senectute) de-  
bet nobis esse persuasum, si modo in chri-  
stiana philosophia aliquid profecimus, si  
omnes diuos hominesq; celare possimus  
nihil

nihil tamen auarè nihil iniustè, nihil libidinose, nihil incontinenter esse faciendum. Si quid forsan animo propter decorū honestumq; ac iustum obrepserit, ex legis natura comparatæ dictamine, proximum est. se ut dolcamus, legemq; illam primam quam louem pagani, nos Deum verè iuuantem patrem appellamus, veniam precemur, & scut de peccato sī vel nature conuenienter sapimus, dolendum est, de magnis & grauibus magis grauiusq;; de pluribus & diuersis diuersimodà, rita & agnationem & confessionem, seu ut græcis dicitur exomologesim faciendā esse. & quidem deo ipsi si cū ipso nobis agendū est: homini verò sī cum homine ille nobis agendum mādauit, cui suas vices commisit, id quod satis demōstravi prima quam ad te habui oratione. nimirum in collatione ligandi atq; soluendi potestatis, & clavium suam omnem functionē & partes canonicas sacerdotali gradui & ordini credisse. Equidē ipsimet protestates quos vocamus, qui saniores sunt, dolēdum quidem de peccatis, eorumq; opinātur faciēdam exomologesim, nonnulli sacerdoti quoq; tantūm, sed in genere solum, nō in specie

Quasi ve specie, & individuo, Platonicum quid sa-  
 ro vni- piètes. iubet enim hic Plato teste Porphy-  
 uersalia quicquid quiescere, sicut enim infinita ille indi-  
 uidua esse putabat, & proinde superare  
 fuit præ- omnem numerum, ita ipsi statim sua asse-  
 ter ma- runt illo dicto Psal. 18. delicta quis intelli-  
 themati- git etc. alijsq; eiusmodi, sed cur vel species  
 cas pun- enumerare recusent nō satis scio, hæc quip-  
 etorum si cōstēt & sub- penitæ sunt. verum hanc naturalem ra-  
 imagina- stant in tionem penitus inspiciamus, neque enim  
 tiones ni suis indi parum refert eam bene peripexisse ad rei  
 uiduis etc. qua de agimus faciendam fidem, primūq;  
 intueamur an natura quam vitia vitiant,  
 tanquam morbi & ægritudines quædam  
 animum malè habeat peccatum, id quid ap-  
 paret. sicut enim corporales, ita animum  
 animales ac spiritales morbi, poena quadā  
 afficere videntur, alioqui frustra aut vitia  
 aut nuncuparentur ægritudines. si igitur  
 peccatum quia peccatum est, animo, sicut  
 in moribus, quia morbus corpori dolet, ergo  
 quēmadmodum corpus grauibus plurisq;  
 in morbis obnoxium, peius habet atque mole-  
 stius, ita mens multis partibus saucia, mul-  
 tisq; peccatis languens compluribus no-  
 minibus, & tot ob causas quot ægritudi-  
 nes sentit tristari, nam hæc propriè ægri-  
 tudo

tudo ad animum spectat, sicut dolor ad corpus, quod habet August. 14. lib. de ciuit. Dei ca. 15. & displace sibi, suiq; eam pœnitere debet, nisi cū Zenone & Chrysippo, alijsq; stoicis quos Iouinianistæ sunt imitati, & hac quoq; nostra turbulentissima tempestate nonnulli, virtutes inter se æquales, pariaq; inuicem peccata existimamus, tantumq; dolendum de vno atque de multis peccatis, & tantundem de homicidio quo quis seruum peremit, atq; de parricidio, & tantum de simplici fornicatione quantum de incestu, tantumque de furto, quantum de sacrilegio, tantum denique de verbo ocioso alioue peccato veniali, quantum de crimine, immo semel criminibus unius arbitremur. Quod paradoxum neq; ipsi M. Tull. neq; Peripateticis, neq; Academicis, neq; Pythagoricis, neq; Epicureis unquam placuit, tantum abest, ut nobis Christianis probari possit, quemadmodum scribit Aug. epist. 29. ad Hiero. ubi pertractat Iacob illud 2. Quicunq; offenderit in vno, factus est omniū reus, eāq; hæresim refellit quoq; lib. contra mendaciū ad Confentiū ca. 15. & de hæresibus ad quod vult Deū heret. 82. & Hiero in suis aduersus Iouinia-

DE EXOMOLOGEST

tinianistas elucubrationibus, & Platō in  
suis non raro. P. V. Matō certe de viro  
bono ita differit, iudicatq; quid viro ma-  
lo opus sit facto ut bonus euadat.

*Vir bonus & sapiens qualē vix repperit ullum  
Millib⁹ è cunctis hominum consultus Apollo,  
Iudez ipse sui totum se explorat ad vnguem,  
Quid proceres vaniq; leuis quid opinio vulgi  
Securus, mudi instar habens, teres atque retudus,  
Externæ ne quid labis per deuia fidat.*

*Ille diem quam longius erit sub sydere cancri  
Quantaque nox tropico se porrigit in capricorno  
Cogitat, & iusto trutinæ se examine pensat,  
Ne quid hiet, ne quis perturbet, & angulus æquis  
Partibus ut coeat, nil ut deliret amissis  
Sit solidum quodcunque subest nec inania subiūs  
Iudicet, amotus digitis pellentibus ictus.*

*Non prius in dulcem declinat lumina somnum,  
Omnia quam longi repetiuerit acta diei  
Quo prætergressus, quid gestum in tempore quid nō  
Cur isti facto decus abfuit, aut ratio illi,  
Quid mihi præteritum, cur hæc sententia sedit.  
Quam melius mutare fuit miseratus egentem,  
Cur aliquem fracta persensi mente dolorem,  
Quod volui quod nolle bonum foret, utile honesto  
Cur malus ante tuli num dicto aut denique vultu  
Perstrictus quisquam, cur me natura magis quam  
Disciplina trahit? sic dictet facta per omnia  
Ingrediens, ortoq; à vespere cuncta reuoluens  
Offensus prauis, dat palmam & premia rectis.*

Neque

Neq; ego arbitror Q. Senec. aut aliū stoicę  
 secta quempiam in sapientem tristitiam  
 aut pœnitudinem cadere non posse existi-  
 mantem, sed vel propter diuos aut homi-  
 nes testes aut se, quem ob peccati turpitu-  
 dinem veretur inhonesta iniustaq; omnia  
 fugientem, si in peccata incidere contin-  
 geret, non facturum, vel sibi, vel homini-  
 nibus, vel diuis testibus, vel offendis qui  
 buscunque exomologesim, neque vulga-  
 rem illā, vna velut sarcina omnia perstrin-  
 gentem, sed singularem. Quū enim Alci-  
 biades Socrate disputante (vt est apud Pla-  
 tonem in dialogis, & Cicero. 4. lib. quæst.  
 Tuscul. & Aug. lib. 14, de ciuit. Dei cap. 8.)  
 eumq; nihil minus quam hominem esse  
 persuadente sese dolore ac pœnitudine sui  
 afflictarit, supplexq; factus Socrati, rogārit  
 vt alium se ipse redderet, virtute imbueret  
 vitijs exueret, quid homo stoici nominis  
 amantissimus An. Senec. peccatorū agni-  
 tionem, & confessionem impendio com-  
 mendet, alijq; plurimi quis ambigat, vel  
 sapientem stoicum quæcunque si putaret  
 possibile sapientem peccato alicui esse ob-  
 noxium de illo dolere atque tristari, il-  
 ludque agnosceret confiteri censurum es-

D se ne-

se necesse. Quis verò ita peruersè doctus  
sit, ut putet de peccatis dolendū, & cōfite-  
dū nō autē exempli gratia, de adulterio &  
incōtinētia, aut si de hac nō ita de periurio,  
vel si de hoc quoq; nō itidē de illata alicui  
iniuria quacūq; atq; ita de reliquis oībus et  
singulis oīb<sup>o</sup> & singulis? Cōcedat igitur hi-  
loēs vel philosophis illis quis certissimū,  
est peccatū admīssū si bene estimetur tri-  
tiā comitari reclamātē, hāc verò ad emēda-  
tionē proximē sequi, sc̄cūdāq; esse agnitio-  
nē & cōfessionē sensisse oportere, q enī de-  
līquit, p̄clarē inquit, Plaut<sup>o</sup> in Bacchide, sup-  
plex est vltro oībus, primū nāq; suę quisq;  
cōsciētię infensę & animū incusati, deinde  
deo demū testib<sup>o</sup> alijs cōfitetur, ijsq; quibus  
offendiculo fuit in se admissam culpam, &  
hāc physicē dicta sunt. Dein verò cōfes-  
sionē à Christo esse institutā lapsisq; perne-  
cessariā, utpote quæ sit iuris diuini ita col-  
ligere valem<sup>o</sup>, debet siquidē figurę respō-  
dere figurata veritas, vmbrae corpus pro-  
missioni exhibitio, veteri instrumento  
nouū, legi ac literę occidenti spiritus viui-  
ficās. nō enī venit Christus soluere legem,  
sed adimplere Matt. 5. Quum ergo olī suas  
fordes & maculas, siue labes tabesq; cordis  
& cor-

& corporis iubeantur manifestare sacerdotibus, quas tamē hi nō poterāt ullis suis ceremonijs ablitergere quēadmodū affer-  
tor est Paul.in ep̄istol.ad Heb. & ad Gal.  
lat. & ad Rom.& vbiq; agit aduersus  
Iudaizantes, quid restat lege translata, & sa-  
cerdotio vt habes Heb.7.etc. quam vt in  
noua lege noui sacerdotes à Christo in-  
stituti, id pr̄stet, quod illi ritus figuraliter  
& vmbriticè promittebat? nā tūc quidem  
exomologesim fuisse in vnu probatur, iure  
naturali quod dixim⁹, dein iure scripto di-  
uinoq;, quod illis politici iuris instar con-  
cessum fuit, Nu.5.vbi pr̄cipitur & viro et  
mulieri suū quodcūq; illud fuerit, cōfiteri  
peccatū. pr̄terea ex officio Aaronico seu  
Leuit. quod erat in institutū portādis peccatis  
Exod.28.etc. peccata autē nequeūt portari  
nisi cognita, nam portare peccata erat pro  
illis offerre, & orare, neq; offerre quāuis,  
sed pro alijs peccatis alia sacrificia, vnde fir-  
missime cōcluditur antequā sacerdotes of-  
ferrēt pro peccatis, peccata habere debuissē  
cognita. Est & argumētū magnū ab ex-  
emplis Aaronis, Samuelis, aliorumq; sa-  
cerdotum, quos s̄epissimē pro singulari-  
bus peccatis obtulisse manifestum est, quæ

D ij tamen

DE EXOMOLOGESI

tamen scire non poterant, nisi in confessio  
excepissent. Item conqueritur saepe Do-  
minus quod filii Israel exomologesim fa-  
ciendam aut negligenter, aut sua peccata  
pallient, & comminatur dira ni aperte  
confiteantur, Iere. 8. Leuit. 26. Neque aliud  
respicit Salomon Proverbiis. 28. Qui autem ab-  
scondit scelera sua non iustificabitur. Et  
quod ait Hier. Esa. 43. secundum. 70. dic tu pri-  
m° iniquitates tuas ut iustificeris, dein co-  
cluditur per locū à minori tenebantur, enī  
confiteri lepras & quascunq; alias immūdi-  
tias corporales (quod sanè facere non mi-  
nus præsertim delicatis vererecundum  
erat, atq; peccata confiteri) ergo lōge ma-  
gis ut apparet quod maius erat. Dehinc  
quoq; à simili: quod enim sunt lepræ aliaq;  
fordes in corpore, id peccata sunt in ani-  
mo, & profectò lepram significare pecca-  
tum sacerdotes illos iudices hosce nostros  
figurauisse, lepræ ostentationem, pecca-  
ti confessionem, sacerdotum arbitriū atq;  
censuram, aut à peccatis absolutionem, aut  
per sacerdotes in peccatis detentionem &  
obligationem, germanè portendisse, ne-  
minem sanæ mentis iturū opinor inficias.  
Si ergo omnis illa circa leprosos actio, fi-  
nitas

gura

gura fuit, non intelligo aliam ibi interpretandam veritatem, nisi eam quam asserimus. Si ergo leprā illi nō simpliciter suam confitebantur, sed ostendebant probādām æstimandamque cuicunque membro vel membris incidentē: quid nī sacerdoti peccata prodēda sunt palā, siue hinc siue inde orta sint, siue eius siue aliis sint generis, aut speciei. Siquidem vt in iudicio sentētia ex allegatis & probatis fieri debet, ita confessioni oportet respondere absolutionem neq; esse eam temerariam, sed rationi probationiq; id est confessioni cōsentaneam. Neq; enim aliam rationem in iudicio illo extremo, nisi singularem omnium Deus initurum se inquit (si quando eius rei facit mentionem) cū hominibus. id quod fieri in politico foro quoq; cernimus, vbi aliis repetundarū, alias maiestatis, hic oblati stupri ille incestus, quidā sacrilegii, iste proditionis insimulatur, & pro qualitate criminis luūt pœnā, quisq; suā. Deinceps iudiciū illud, sacerdotale de lepra cūm omni iudicio & censuræ cuiuscunque præiudicauisse habeamus persuasum, quidni propterea credamus hoc tribunal forumq; iudiciale à Christo in Ecclesia constitutum, vt qui-

D iiiij cunq;

DE EXOMOLOGEST.

Cunq; illud humiliter subiret , non debeat  
futuri iudicij terribili quadā percelli ex-  
pectatione quasi adhuc onustus peccatis,  
strictā omniū cū Deo sit rationē subductu-  
rus denuò, sed bene secū actū iri estimet, si  
nō tanquā humanū sed diuinū illud suscep-  
perit, & vti in veteri lege sacerdotū arbitriū  
oraculi instar habebatur, vnde perpe-  
tuo stādū erat, ita ipse libēs huius fori sen-  
tentia amplectatur. nā qui vel idcirco hāc  
sacerdoti homini faciēdā exomogesim ius-  
sisse Christum affirmarit, vt qui teste Deo  
peccare non est veritus , coram homine  
iuum facinus nō confunderetur agnoscere  
sicq; inuercundia, verecundia resarcire-  
tur, & religione irreligio non errabit, quū  
serē quod medicorum est circa genus hu-  
manum Deus exerceat, curetq; contraria  
contrarijs. vnde non improbabiliter mul-  
torum traditio est, sacramentum pœnitē-  
tiæ fuisse etiam in lege naturæ & Mosaica  
quoq; seu scripta, quamuis paulò aliter ali-  
terq;, & nunc sicut omnia cætera tantò ef-  
ficacius exhiberi quādō præsentiora mo-  
do sunt Christi merita præstata prabitq;  
in quibus omnis sacramētorum omnium  
vis posita est promissis tantum quantoq;  
viciniora

viciniora præsentia futuris. Deniq; si nihil  
nobis quām viris esse bonis stat sententia  
& nō tam cōtentionis quam veritatis stu-  
diosis, proclive est ius hoc diuinū de exo-  
mologesi particulari, & articulata sacerdo-  
ti facienda eruere ex illis locis memoratissi-  
mis Matt.16. & 18. & Ioan.20. nō enim fo-  
lū lex aut ius diuinū est, quod expressis cō-  
ceptisq; primo verbis significatur, verum  
etiam quicquid inde legitimè colligitur,  
quēadmodū lex Iustiniana, Cornelia, aut a-  
lia quecūq; ciuilis, nō tātū est id quod pri-  
ma frōte verba significāt, sed etiā omne il-  
lud quod ad illa ritē sequitur & infertur,  
sicut habet Cice.li.1.de legibus & constit.  
principū & alibi crēberrimē , et ipso vſū  
exemplisq; infinitis probatius est , quā vt  
nostra indigeat declaratione. Iā verò quū  
Christus promiserit Petro claves Matt.16.  
quas ipsemet interpretatur Mat.18.ligandi  
soluēdiq; potestatē, quā Apostolis oībus  
cōmnnē esse voluit, exponitq; Ioan.20. in  
ipsa collatione facultatē, dimittēdi retinē-  
diq; peccata eā esse, de ratione aut clavium  
sit claudere & aperire, nō vtrūuis hoc est  
claudere & aperire tantū, vt lubet sit quæ-  
dam claudendi, alia ediuerso aperiendi ra-

D iiiij tio ne-

DE EXOMOLOGESI.

tio necessum est. iuste enim iusta tractan-  
da sunt quod ait Dionys. areop. in epistola  
ad Demophylum Monachum. Nulla ve-  
rò ego esse claudendi rationem aperien-  
diue dixerim , nisi sacerdotis diligenter  
prius inquisita poenitentis causa ; auditis  
pensisque partibus accuratè arbitriū atque  
definitionem de reo aut absoluendo, aut  
condemnando, quod neutquam fieri po-  
test, nisi omni peccatorum trutinata va-  
rietate examinatoq; integerimè poenitē-  
tis statu. Quis porrò ita emotæ mentis sit  
& stupore captus, vt putet sibi aut sacer-  
dotes clauigerulos non adeūdum, aut sine  
delectu aliquo atq; probatione posse illos  
pro varijs affectibus vel soluere vel ligare  
vt velint tantum quod iubent, solaq; vo-  
luntas tota sit ratio aut ligandi aut soluēdi.  
Imperator certè aut rex siue princeps qui  
Reipub. præfecit seu patres consc. seu se-  
natorum ordinem, quod parlamentū ap-  
pellant, determinandis causis, litibusq; di-  
rimendis ciuilibus, addidit & potestatem  
vocandi inq; ius compellendi, accusatores  
testesque adhibendi omnesq; modos legi-  
timæ actionis aduersus reum, dein locum  
tempus , & quoquo modo defendendi  
purgan-

purgandiq; se reo copiam fecit fieri q; mā-  
davit, vt ita tandem iudices vtraque parte  
bene intellecta suum cuiq; ius tribuerent.  
Quis etenim iudex reum v nquam condé-  
nabit, nulla ei intentata actione, aut scrip-  
ta dica obiectisq; articulis? Quis absoluat  
reum peractum cuiuscunq; criminis, nisi  
qui fuerit aut sui immemor officij, aut ne-  
glecto ac depreuator degener, legumque  
extortor? Si ibi tot replicis est opus  
quot perlustrando omni negotio est satis?  
atque necesse, cur in iudicio diuino minus  
oportet esse religiosum, si ibi ad supersti-  
tionem vsq; scrupulosum esse summum  
ius est, quam hic mentiuntur malitiam? Si  
iudex non supersticiosus, sed religiosus sit  
causæ inuestigator? An ibi industrium, hic  
diligentem esse virtuti ducendum est &  
in bono habendum? Num æquos iudices  
habere principem mortalem decet censu-  
ros & sape de lana caprina, & umbra as-  
ni, iniquos verò immortalem deum iudi-  
caturos de rebus éternis? Agè verò alterū  
necessarium est, aut vt soluant aut ligent  
sacerdotes confitentem. Neq; enim deberet  
aut potest hoc iudicium tam morosum es-  
se tanquam longas in moras textum, quē-  
admodum

DE EXOMOLOGESI

admodum ( proh dolor ) ciuilia iudicia  
protrahuntur in aliud aliudq; æuū aut sē-  
culum Penelopes telæ instar. si igitur ex-  
empli gratia quærā abs te vtrum ego de-  
beam hunc confitentem soluere an ligare,  
quid inquies lodes? si soluendū dicas quia  
peccatorem sese confitetur , ego ob hoc  
potius ipsum ligandum putauero, si ligan-  
dum dixeris, quærā quando soluendum  
& quare censeas quem si enim misericor-  
dem esse oportet in hoc foro tantum, non  
autem & iustum, soluendi tātum potesta-  
tem debuisset sacerdotibus Christus im-  
pertiri, si autem & iustos esse voluit, ra-  
tionem in eundam quando, cui, quaq; ob  
caussas peccata dimittenda sint ob quas  
non existimauit . Si verò Petrum neque  
claudere neq; aperire voluisset id est, nec  
ligare nec soluere , nec peccata dimittere  
nec retinere, vt quid contulissent claves?  
& si citra Apostolos eorumq; successores  
(quæ enim in illos cōpetunt, itidē in istos  
certum est, alioqui illis defunctis nihil ad  
nos pertineret euangelij) voluisset per se  
Christus dimittere peccata & ferre de  
reis peccatoribus sententiam , quare ipsis  
forum atq; tribunal istud est fabricatus?

CUR

eur potestatem dimittendi retinēdiq; pec-  
cata conceisit, nisi ipsum aliud clavum in  
pectore habuisse, aliud in ore promptum  
quod nefas est cogitare aut sine re verba  
eis dedisse profiteamur , frustra enim cla-  
ues sunt, si non vlus est, & frustra est auto-  
ritas ligandi solvendiq; si ea contempta  
ad Christum aut Deum est recurren-  
dum . & proinde sicut qui aliunde quam  
per ostium intrat , fur est & latro , ut  
eloquia diuina testantur Ioannis 10. Ita qui  
aliunde quam per claves remissionem  
peccatorum gliscit sacrilegus est & patri-  
familias qui claves dedit iniuriam facit,  
qui nisi clavum usum commendauisset, et  
citra eas nulli aut patere aut occludi adyta  
coelestis regni voluisse, inaniter sine cau-  
sa eas tribuisse videretur & in hos patres  
cōscriptos Apostolos inquam Apostoli-  
cosq; viros suos vicarios ordinatisset: non  
euexisset eos ad eam dignitatem ut pecca-  
ta soluerent aut ligarent: aut si fese appel-  
lari, ut forensi vocabulo viamur, semper  
voluisse quamobrem ordini sacerdotali  
suas vices credidisset penitus ignoro. cum  
enim Rex sua autoritate munit senatum,  
sanctum habet quicquid ille sanciuenter  
quod

DE EXOMOLOGEST

quod Apud Veteres tantum in usu est:  
quanquam nonnunquam se compellandi  
copiam faciat, & per se ferre sententiam  
& rogare legem possit. Quod hic sanè tā-  
tò minus fecisse Christum potest videri,  
quanto magis hominum malitia prona est  
ad suos superiores spernendos, essetq; am-  
plius si hoc praetextu quod Deo posset  
confiteri veniamque peccatorum impe-  
trare, subducendi se foro sacerdotali an-  
sam inuenerit. Vnde mihi non magis ba-  
ptismus (ut clausulam faciam) esse necessa-  
rius apparet, quam post baptismum lapsis  
claves: id quod omnium æstatum, populo-  
rum, Ecclesiarum pari consensione con-  
suetudines optimas legum interpretes ita  
accepisse inq; nostros mores transfudisse  
iam nunc declarabimus. Siquidem Dion.  
Areopag. in epistola ad Demophilū Mo-  
nachurn taxat arguitq; grauiter eū , quod  
peccatorem pœnitentem , & sacerdoti se  
humiliter submittentem , eiusq; genibus  
aduolutum medicinæ peccatorū causa cal-  
cibus impetens retruserat, & quod contra  
fas adyta templi ingressus sacerdotē pœ-  
nitentiarium maledictis incesserat , qui pœ-  
nitentem peccatorem iustū reddere præ-  
sumeret

sumeret etc. Dei quidem esse iudicium in-  
quiens, sed id sacerdotibus ijsq; Iolis secū-  
dum pontifices, tanquam nuncijs & inter-  
pretibus delegatum : quemadmodum in  
in repub. politica rata sunt quæcunq; ma-  
gistratus vel senatus regius decernit etc.  
Ec quis porrò sic stolidè sapiat ut hūc sup-  
plicem pœnitentem non putet peccata sua  
apud sacerdotem eum deposuisse, sicut fit  
modò ? Nam D. Clemens Petri & Pauli  
Apostolorum in fide alumnus, & illius in  
munere pōtificio successor, aut certè, quod  
negari non potest, Apostolici ordinis cō-  
fularis vir ( Græci enim quartum , Latini  
secundum à Petro fuisse aiunt, vt habet  
Hieron. in catalogo scripto. Ecclesiast ) di-  
cit hāc esse principis facile Apostolorum  
Petri doctrinam, vt si cuius cor , liuor aut  
aliud quoddā malū latenter irrepserit, nō  
debere quemquam ita perfundi percelliq;  
rubore ac verecundia , vt ob hoc illi qui  
præst, si quidem animæ suæ gerit curam,  
omittat confiteri, quò per verbum Dei,  
atq; salubre consiliū ita curetur ut valeat  
fide integra, & pijs operibus æternas pœ-  
nas effugere, & ad perpetuę pertingere vi-  
tae præmia etc. epist. i. Nam exomologe-  
sim fa-

33014

DE EXOMOLOGESI

sim facientes olim & aduolui presbyteris  
solere, & pandere nō tantū factorū atq;  
operum corporalium, sed & voluntatum  
ac cogitationū latebras more infirmorum  
qui neq; in verecundioribus partibus late-  
re sinunt occultantq; sine certo periculo  
morbū, atq; perniciem locupletissimus,  
iuxta ac veteranus testis est Tertull. lib.  
de poenit. & profectò cùm D . Dionys.  
Areopag. diuina præscriptione in vniuer-  
sum ita sanctum esse pro Dei dignitate,  
ut ea quæ secunda sunt primorum procu-  
ratione participant diuinis illustrationi-  
bus etc. li. coelest. Herarch. ca. 8. & morem  
diuinitatis eum sanctissimum per prima  
secunda & inferiora ad dīi nissimam lu-  
cem suam deducere inquit lib. Eccle. He-  
rarch. §. de sacerdotum perfectionibus, &  
cùm in coelesti Herarch. ca. 3, tum in Ec-  
clesiastica sub medium eorum qui rem sa-  
cram diuinamq; peragūt multisariam tra-  
dat rationem nempe expurgādi rudes, il-  
luminandi seu illustrandi expiatos , perfic-  
ti illuminatos, & hæc sicut in coelesti  
Hierarchia ad Angelos superiores , ita in  
Ecclesiastica ad sacerdotalem tantū or-  
dinem pertinere afferat quis secūs inter-  
prete-

pretetur, quam iuxta hūc præter alias mi-  
nisterij sacerdotalis functiones claviū vsum  
quo sacerdos iudicium censuramque fert  
suam, audita peccatorum varietate, & o-  
mnibus delictorum circumstantijs siue an-  
nexis & agnatis examinat, prudēterque  
indagatis? præsertim cūm purgandis, illu-  
minandis, perficiendisq; fidelibus si quid  
aliud, in Ecclesia à Christo apud sacerdo-  
talem ordinem commendatas claves, siue  
siue ligandi soluendiq; vel dimittendi re-  
tinendiq; peccata proprietatem nemo est  
qui ambigat, neq; sano cuiquam aliò quo-  
quam referenda censem̄tūr vñquam quę-  
cunq; post Apostolos siue Policarpus Io-  
annis discipulus, siue Hermes quem librū  
Pastorē dictum composuisse ferunt, siue  
Clemens Romanus pontifex, siue Carpus  
siue Methodius, siue Euaristus, Anacletus,  
Eleutherius, alijq; Apostolorum discipu-  
li Apostoliciq; viri, & præter alios igni-  
tissimus Ignatius Antiochiae. post Petru  
Episcopus, de Pōtificibus & Episcopis &  
Episcopis & sacerdotibus colendis obser-  
uandisque tanquam angelis, & Apostolis  
ipsoque Christo, vnde de iferos modò &  
Christiferos, alias beatificos nominat, scri-  
psere

LXIV

DE EXOMOLOGESI

psere accuratissime, quam & ad alia sacra-  
menta administranda, & ad hęc quae dixi-  
mus clavium officia, quorum ita frequens  
est in diuinis oraculis mentio, vt nullorū  
sacramentorum ferē amplius. Quocirca  
illud nobis Papiæ Hieropolitani Episcopi  
suggerendum videtur, quod habet Hier.  
in catalogo. Quū enim tūc de paschæ fe-  
rijs seruandis mira esset contentio, alijs sic  
aliter alijs obseruandas eas asseuerantibus,  
Cōsiderabam, inquit, quid Andreas, quid  
Petrus dixissent, Quid Phylippus, quid  
Thomas, quid Iacobus, quid Ioannes, quid  
Matthæus vel alius quilibet discipulorum  
Domini, quid etiam Aristiō & senior Io-  
annes discipuli Domini loquebātur. Non  
enim tantum mihi ad legendū libri pro-  
funt, quantum viua vox vſq; hodie in suis  
authoribus personans. Id siquidem nobis  
quoq; faciendum eſſe quis inficietur ut id  
potius æstimemus quod antiquius, idque  
verius quod Christo Apostoliſque vici-  
nius, & sicut homines hominum, & lin-  
guas linguarum, ita tempora temporū, &  
morū mores habeamus interpres, tātoq;  
illis hominiōbus illisq; temporibus mori-  
busque concedamus magis, quantō illos  
viros

viros & Christo & Apostolis vt tempore propinquiores, sic & vita, ac moribus, & fide ac religione, plus respondere putandum ducamus. hæc verò Socratica sive Academica, hoc est semper dubia incertaq; horum temporum paradoxa, non tam rationes atque iudicia quam morbos languoresq; partibus parum synceris sele declarantes ætatis decrepitæ letargumq; patientis & phrenesim velutq; mundi deliri deliria & intemperias æstimemus. D. Orige enim postquam Deum sicut corporum, ita & animarū ægritudinibus mendis artes modosq; instituisse affirmauisset, & vt in veteri prophanas, ita in noua lege Apostolos & discipulos, eosq; omnes qui post illos in Ecclesia ijs munijs sunt destinati animarum curandarum, & sanandorum vulnerum medicos institutos, psalmum illum 37. qui est inter poenitentiales tertius eò esse inscriptum hoc titulo, Psalmus statim in principio atq; ingressu (titulus namque clavis dicitur per quam ingredi licet & inuestigare Psalmi arcana) admoneat peccatorem, vt omnia peccata sua ad memoriam reuocet eaq; confiteatur, quo cor sic humiliatum &

E contri-

DE EXOMOLOGESI

cōtritum meliora proponatur etc. Sic Hō-  
mil. i. in Psal. 37. & quia peccatorum com-  
memoratio quasi quādam exprobatio est  
hominum iniquorum iniurijs risui & fa-  
bulis opportuna dicit eum qui exomo-  
logesim facit non debere hominum per-  
uersorum dicterijs, atq; exprobatione tā-  
gi, sed tantūm desiderio cœlestis patriæ,  
esse enim confusionem quæ mortem, &  
allam quę vitam operatur, cogitare autem  
oportere Deum illi parciturum si sibi ipse  
non parcat, & dicit secundum scripturas  
non celanda, sed confitenda peccata, fortè  
enim sicut ij qui habent intus inclusam in-  
digestam escam inquit aut humoris ac  
phlegmatis molestiam crudo stomacho  
patiuntur, si euomuerint, releuantur, sic  
quoq; qui peccauerūt, si quidem occultēt  
intraq; se retineant peccatum, intrinsecus  
vrgentur, & propemodum suffocantur  
phlegmate, vel peccati humore, sin verō  
sui quis accusator est, dū semetipsum ac-  
cusat & confitetur, simul & euomit de-  
lictum, & omnem morbi causam digerit,  
& ne quis existimet hanc exomologesim  
Deo non autem homini faciendam subdit  
tantummodo circunspice diligentius cui  
debeas

debeas confiteri peccatum tuum , proba  
prius medicum cui languoris causam ex-  
ponere debeas, qui sciat infirmari cum in-  
firmante, flere cum flente, qui condolendi  
& compatiendi moderamē, vel disciplinā  
nouerit ut ita demum si quid ipse dixerit  
qui se eruditum medicum ostenderit &  
misericordem si quid consilij dederit fa-  
cias, & sequaris si intellexerit & praeuide-  
rit seu visum ei fuerit talem esse egritudi-  
nem atq; languorem tuum, qui in conuen-  
tu totius Ecclesiae exponi debeat, & cura-  
ti, ex quo forte & alij possunt ædificari &  
tute facilius sanari multa hoc deliberatio-  
ne & satis perito medici illius cōsilio sta-  
tuendum, procurandum, peragendum est  
etc. damnatq; eos qui damna & discrimi-  
na corporis fluxarumq; ac rerum caduca-  
rum pluris quam animæ faciunt , quiq;ue  
peccatis obnoxij securitatem tamen sibi  
fingere & Christi corpus percipere in  
Eucharistia qnasi inculpati sibiq; bene cō-  
sciij præsumūt, eosq; id quod febricitantes  
pati dicit, qui cùm sint infirmi sanorū ci-  
bos appetunt etc. Homil.2.super Psalm.37.  
Et Cypria.ser.5 . de lapsis cùm imperitiæ  
quosdam medicos,id est, sacerdotes , ita

E ij quippe

DE EXOLOMO GESI

quippe ipse met interpretatur , taxasset  
quod tumentia vulnera parcente manu  
contrectarent,& in altis viscerum recessi-  
bus virus inclusum nimium blandi auge-  
rent, aperiri mandat vulnus & serrari &  
& putredinibus omnibus amputatis , me-  
dela fortiore curari: quamlibet doleat, cla-  
met queraturq; æger : irritam enim esse  
falsamq; pacem inquiens quandam & dā-  
tibus periculosam , nihilq; accipientibus  
profuturam etc. (erat namq; religiosissimus  
hic confessor in exigenda pœnitentiæ sa-  
tisfactione oppido quā seuerus) Ante ex-  
piata delicta verò, ante exomologetim fa-  
ctam criminis, ante purgatam conscientiā  
sacrificio, & manu sacerdotis, ante offen-  
sam placatam Domini indignantis & mi-  
nātis, vim inferri corpori & sanguini do-  
mini, si quis ea communicare presumat  
& plus modò in Dominum delinqui ma-  
nibus(dabatur enim tunc Eucharistia in  
manus id quod postea habet) et ore, quam  
cūm eum negauerunt etc . persecutio hæc  
altera est ait aliaq; tentatio qua subtilis ini-  
micus impugnandis adhuc lapsis imminet  
vt lamentatio conquiescat, vt dolor sileat  
vt delicti memoria vanescat , cōprimatur  
pecca-

pectorum gemitus etc. & insinuans, quam  
sit habenda ratio pensumq; ingens pec-  
catorum admissorum , & neq; martyrum  
sufficere posse merita alienis passim pec-  
catis expiandis . Cæterum ait si quis præ-  
propera festinatione temerarius remissio-  
nem peccatorum se cunctis dare putet  
posse, aut audet Domini præcepta rescindere  
non tātūm nihil prodest, sed & obest  
lapsis, cùm & ipsi martyres vindictā optēt  
Apoc.6.an putat aliquis passim cōtra iu-  
dicem sibi licere remittere, donareq; pec-  
cata etc. Deniq; confiteantur ergo singuli  
inquit queso fratres delictum suum (quid  
ni & delicta delictorumq; varietates si  
sint) dum adhuc qui deliquit in seculo est,  
dum admitti confessio eius potest, dū sa-  
tisfactio & remissio facta per sacerdotes  
apud Deum grata est, nec cesseret in agen-  
da poenitentia, atq; in Domini misericor-  
dia deprecāda, ne quod esse minus in qua-  
litate delicti videtur , in neglecta satisfa-  
ctione cumuletur etc. Item lib.1. epistol.3.  
ad Cornelium Pontif. Cùm omnem hæ-  
resim & schisma inde originem ducere  
quod non obediretur iudicio sacerdotum  
Christi vicariorū afferuisset, deinde primū

E iiij esse

DE EXOMOLOGESI.

esse gradum felicitatis non delinquere, secundum verò delicta cognoscere, ibi innocentiam integram & illibatam esse quę feruet, hic medelam quę sanet cumq; diu multumq; egisset aduersus partem nouationis speciosis titulis sua ut sit commendatum nūquid honor datur Deo inquit, quia sic Dei maiestas & censura contemnitur ut cum indignari se ille et irasci sacrificatiibus dicat, et cùm poenas æternas comminetur proponatur à sacrilegijs, atq; dicatur ne ira Dei cogitetur, ne timeatur iudicium Domini ne pulsetur ad Ecclesiam Christi, sed sublata poenitentia nec vlla exomologesi facta criminis, despectis episcopis atq; calcatis, pax à non veris presbyteris prædicetur, & ne lapsi surgant, aut foris ad Ecclesiam redeant communica-  
tio non communicantibus offeratur? qui-  
bus etiam non satis fuit ab Euangeliō re-  
cessisse, specie lapsis satisfactionis, et poenitentię sustulisse, fraudibus inuolutos, et adulterijs commaculatos vel sacrificiorū funesta cōtagione pollutos, ne Deū roga-  
rent, ne in Ecclesia exomologesim crimi-  
nis facerent, ab omni sensu & fructu  
poenitentię remouisse, foris sibi extra

Eccle-

Ecclesiam & contra Ecclesiam consti-  
tuisse conuenticulum perditæ factionis,  
cùm malè sibi conciorum , ac Deum ro-  
gare ac satisfacere nolentium caterua cō-  
flueret , post ista adhuc insuper pseuso  
episcopo sibi ab hæreticis instituto, nauigare  
audent & ad Petri cathedram, atque  
Ecclesiam principalem vnde vnitas sacer-  
dotalis exorta est, à schismatibus & profa-  
nis literas ferre, nec cogitare eos Roma-  
nos esse, quorum fides A postolo prædi-  
cate laudata est, ad quos perfidia accessum  
habere non possit etc. Ita ibi. Similiter ser.  
de lapsis, quum Deum omnia intueri, om-  
niaq; iudicare non tātūm facta sed & ver-  
ba & cogitationes, & mentes, & voluntar-  
tes conceptas inquiuisserint, hinc deniq; ij  
quoq; qui & fide maiores, & timore me-  
liores fuere, ait, quāuis nullo sacrificij aut  
libelli facinore constricti , quoniam tamen  
de hoc vel cogitauerunt, hoc ipsum apud  
sacerdotes Dei dolentes, & suppliciter cō-  
fitentes exomologesim conscientiæ faciūt  
animi q; pōdus sui exponūt, salutare mede-  
lā paruis licet & modicis vulneribūs ex-  
quirunt, scientes esse scriptū Deus non ir-  
ridetur, itidem ad exomologesim hotta-

E iiiij tur li. 4

cur lib. 4. epist. 2. ad Antonianum & alibi  
 frequenter contra Nouatianos, & certe  
 lib. 3. ad Quirinum cap. 114. multis scriptu-  
 ris de industria astruit exomologesim fa-  
 ciendam cuiq; dum in viuis est, ne inuen-  
 tam eam nuper amici nostri, in officinis  
 pontificum, aut monachorum cauillentur  
 turpis questus causa, Celsus Lactan. Fir-  
 mi. circuncisionem illam Abraham &  
 omni eius retrò posteritati commēdatam  
 lege diui hafiguram fuisse testatur, Verita-  
 tem autem rei respōdētem quasi vībrae  
 corp<sup>o</sup>, ipsam exomologesim autore Chri-  
 sto in nouā lege vigentem. Sicut enim ibi  
 pudenda corporis, ita hic animi cordisq;  
 nudanda & præcidenda, ne inuolutum pe-  
 catus haberemus, id est ne quod pudendū  
 facinus, intra conscientiæ secreta velare-  
 mus, hæc est enim cordis circuncisio de  
 qua prophetæ, Deut. 30. Ieremi. 3. alijq; lo-  
 quuntur ait, quam Deus à carne mortali  
 ad animam transtulit quæ sola mansura est  
 volens enim vitæ ac saluti nostræ consule-  
 te pro æterna sua erga nos pietate, pœni-  
 tentiā nobis in illa circuncisione propo-  
 sunt, ut si cor nudauerimus, id est, peccata  
 nostra confessi satis Deo fecerimus ve-  
 niamq;

niamq; consequamur, quæ contumacibus  
& admissa sua celantibus denegatur ab eo  
qui non faciem, sicut homo, sed intima et  
arcana pectoris intuetur lib. 4. de vera re-  
lig. et Sapient. 17. idem quoq; cum non ta-  
cum peccatum operis, sed etiam cordis et  
cogitationis fugiendum tradidisset in epi-  
tome instit. diuina ca. g. non pati autē cō-  
ditionem humānæ fragilitatis esse quem  
quam sine macula, ultimum remedium  
illud esse ut ad pœnitentiam confugiamus  
asseuerat, cap. 9, qua non minimum locum  
habet inter virtutes, ait, quia sui correctio  
est, ut cùm forte aut te, aut verbo lapsi  
fuerimus statim respiciamus, aut nos deli-  
quisse fateamur, oremus, Deum veniam;  
quā pro sua misericordia nō negabit, nisi  
perseuerabimus in errore magnū est enim  
pœnitentiæ auxilium, magnū solarium,  
illa est vulnerum peccatorumq; sanatio,  
illa spes, illa portus salutis, quam qui tollit,  
viam vitæ sibi amputat, quia nemo tam  
iustus esse potest ut ei nunquam sit pœni-  
tentia necessaria, nos vero etiam si nullum  
sit peccatum confiterit tamen debemus, et  
pro debitiss nostris identidem deprecari,  
gratias agere etiam in malis, hoc enim ob-  
sequium

H 342

DE EXOMOLOGESI

seqüium semper Domino deferendnm;  
humilitas namq; tam cara et amabilis est  
Deo, ut cū Angelis suscipiat peccatorem  
confitentem, quem in regnis cælestibus fa-  
ciat pro humilitate sublimari ita ibi Lacti;  
Similiter necessariam peccatorum confe-  
sionem tradit lib. 6. de vero cultu cap. 13.  
siquidem peccatorum varietatem atque  
diferimen diligenter attendendum in poe-  
nitentia ineunda ratione præclarè docet  
August. lib. de vera et falsa pœnitent. ca. 8;  
Originale enim peccatum per baptismum  
sine pœnitentia si solum est ait, et per fidem  
Ecclesiæ deletur, sed qui pér se peccauit  
addiditq; originali etiam propria peccata  
per se quoq; debet agere pœnitentiam, nec  
valet adulto sine pœnitentia etiam baptis-  
ma; et cùm affirmasset assiduè peccantibus  
assiduè pœnitentiam necessariam esse, nul-  
lumque peccatum tam paruum quod non  
creceret neglectum, et eiusmodi quotidie  
remitti si semper deplorentur, et adhibeā-  
tur Ecclesiæ sacramenta et orationes, Cōsi-  
derandum inquit (attende mihi pensum)  
non quid quis fecerit, sed quem offendit,  
id quod multis modis nominibusque  
patentissimum est considerandi spaciū  
eniuspeh. quæm-

quemadmodum declarat etc. deinde ca. 9.  
et habetur de pœnit. dist. 3. Sunt plures, si-  
cūt de singulis criminibus, hoc est peccatis  
mortalibus esse dolendum. ita et exomolo-  
gesim seu confessionem de singulis facie-  
dam insinuat. Pœnitentia enim vera ait, ad Pœnitentia baptis-  
mi natu-  
ram &  
vīm imi-  
tatur.  
baptismi paritatem confitentem conatur  
adducere. at qui ca. 10. id manifestè conclu-  
dit, Quem igitur inquiens pœnitet, et est  
de pœnit dist. 1. Quem pœnitet omnino  
pœnitiat et dolorem lachrymis ostendat  
representet vitam suam Deo per sacerdo-  
tem, præueniat iudicium Dei per con-  
fessionem, præcepit enim Dominus  
mundatis ut ostenderent ora sacerdo-  
tibus docens corporali præsentia peccata  
confitenda non per nūcium neq; er scrit-  
ptum manifestanda, dixit enim ora mon-  
strate et omnes nō vñus pro omnibus, nō  
alium statuatis nuncium, qui pro vobis of-  
ferat munus à Mose indictum, sed qui per  
vos peccastis, per vos erubescatis erubes-  
centia enim ipsa partem habet remissionis  
ex misericordia enim hoc præcipit Do-  
minus ut neinem pœniteret in occulto, Verecū-  
dīe pudor  
nsq; cō-  
medatio  
re offensi  
in hoc quippe quod per semetipsum dicit  
sacerdoti et erubescētiā vincit, et timo-

## DE EXOMOLOGESI

re offensi, fit venia criminis dignus. fit enim per confessionem veniale quod cōmiserat mortale, multumq; satisfactionis obtulit, qui erubescētiæ dominans nihil corū qui commisit nuncio Dei denegauit etc. oportet enim ut qui iustus & misericors est, & iustè misericors, & misericorditer iustus sit etc. vnde patet quod quantum pluribus quis confitetur in spe veniæ turpitudinē criminis, tanto facilius consequitur misericordiam remissionis. ipsi enim sacerdotes plus iam possunt proficere, plus confidentibus parcere, quibus namq; remittunt, remittit Dominus vnde Lazarum de monumento iam suscitatum obtulit Dominus discipulis soluendū per hoc ostendens potestatem soluendi sacerdotibus concessam esse, dixit enim quodcūq; solueritis super terram, erit solurum & in cœlis etc. Matt. 18. hoc est ego Deus, & omnes ordines cœlestis militiæ & omnes sancti in mea gloria laudant vobiscum & confirmant siue quos ligatis siue soluitis, non dixit quos putatis ligare & soluere (tantum abest ut quos ostendatis, aut declaratis, vel annunciatis, sed in quos exercetis opus misericordiæ aut iustitiae)

stitionis alia autem opera vestra in peccatores non cognosco. quare qui confiteri vult (inquit) peccata ut inueniat gratiam, querat sacerdotem scientem ligare & soluere ne cum negligens circa se extiterit, negligatur ab illo, qui eum misericorditer appellat & monet, ne ambo in foueam cadat quam stultus euitare noluit etc. & cap. II. Si peccatum est occultum, sufficere in notitiam referre sacerdotis, & de occultis quidem peccatis occultis, de publicis publicam poenitentiam & exomologesim faciendam docet. Sicut quos domi mortuos Christus offendit domi, quos autem foris suscitauit foris, nam publicè peccantibus non sufficere proprium meritum, nisi succurrat & matris Ecclesiae & hinc cap. 12. per maximè elaborandum esse, ut quis sit in Ecclesia. credendum namq; omnes elemosynas Ecclesiae, orationes, & opera quæcunq; iustitiae ac misericordiae opitulari poenitenti, nempe ut membra sana non satis sanis etc. ca. verò 13. apertissimè tradit pesanda esse peccata, non secus ac Rhetorem vel oratorem acturum. Cicero in partitionibus rethoricis, & de perfecto oratore & in topicis, & Quintilianus in suis.

## DE EXOMOLOGEST

suis institut. considerare monent cuncta  
illa vnde res vel causa, qua de agitur eva-  
dat magis in lucem consideret inquit, &  
habes de poenit. distin. 5. ca. Consideret,  
qualitatem criminis in loco in tempore in  
perseuerantia, in varietate personæ & qua-  
li id fecerit tētatione, et in ipsius vitij mul-  
tiplici executione. Oportet enim poeni-  
tentem poenitere secundum excellentiam  
sui status, aut officij & secundum modum  
meretricis ac scorti et secūdum operis sui  
modum, et qualiter suam peregit turpu-  
dinem, si in loco sacro, si in tempore ora-  
tioni consecrato, aut in festiuitate Sancto-  
rum, aut in tempore ieiunij etc. Omnis ista  
varietas et confitenta et deflenda etc. do-  
lendum etiam non solum quia peccauit  
verumetiam quia se virtute priuavit etc.  
Defleat etiam quoniam in vno offendens  
factus est omnium reus per ingratitudi-  
nem, tantò siquidem peccator fit cul-  
pabilior, quantò prius Deo erat acceptior  
etc. et cap. 15. postquam poenitentem iussis-  
set se totum subiçere iudicio et potestati  
sacerdotis, ut omnia libens obeat pro ani-  
mæ emolumento parando. quæ pro cor-  
poris detrimento fugiendo esset subitu-  
rus

Hec fora  
& rostra  
rauca  
clamant  
vrgentq;  
non mi-  
nimum.

Jacob. 2.

rus, & cautus sit ait, ne verecundia ductus  
diuidat confessionem, & diuersa diuersis  
manifestare velit, id quod est se laudare  
& ad Hipocrism tendere, & semper ve-  
nia carere, ad quam perfrustra totam  
putat peruenire etc. Postremò capite  
20. & ultimo, posteaquam sui muneris  
& partium admonuisset confessarium, ut  
in nullo sit ipse culpatus criminе, cuius  
reum peracturus sit alium, & indicaturus,  
omnes hasce varietates, interrogare eum  
iubet solerter, si forte aut ignorantia, aut  
verecundia poenitens sua peccata occulat  
etc. D. Hierony. quoq; non passim sacer-  
dotes, & indifferentes ac temerè quosvis  
ligare & quosvis soluere, sed nō nisi post-  
quam audierint peccatorum varietates  
scire posse asserit, quem ligare pro offi-  
cio oporteat etc. super Matt. illud 15. tibi  
dabo claves etc. Vnde circa illud Ecclē-  
siast. 10. Si momorderit serpens in silentio  
non est amplius habenti linguam, si quem  
serpens diabolus ait occulte momorderit  
& nullo conscientio eum peccati veneno infe-  
cerit, si tacuerit q̄ percussus est, & nō ege-  
rit poenitentiam, nec vulnus suum fratri  
& Magistro voluerit confiteri, magister  
qui

Cōfessa-  
rij offi-  
cium.

DE EXOMOLOGESI

qui linguam habet ad curandum facile ei  
prodele non potest . si enim erubescit  
agrotus vulnus medico detegere , & cō-  
fiteri quod ignorat, medicina nō curat  
& in epist.ad Marcellam inter alia Monta-  
ni deliramēta, etiam illud memorat quod  
Montanistē siue montenses, ad omne pe-  
nē delictum fores Ecclesiæ obserant cūm  
nos quotidie legamus, malo pœnitentiam  
peccatoris quam mortem, aliaq; eiusmodi  
complura , sint autem rigidi non quōd &  
ipſi non perpetrent peiora , sed hoc inter  
illos & nos interesse, quōd illi erubescant  
confiteri peccata quasi iusti, nos dum pœ-  
nitentiam agimus facilius veniam prome-  
reamur, & circa illud Iere.2. quomodo di-  
cis non sum polluta etc. iuxta tropologiā  
impudentiam frontis eorum qui sua nolūt  
vitia confiteri dicit expostulari & argui,  
& insinuans quod Montanistas Nouatiā-  
nosq; notet circa illud Ierem. 3. & dixisti  
absq; peccato & innocens ego sum: audiat  
inquit noua ex veteri hæreses , Irām Dei  
esse vel maximam, nolle peccatum suum  
humiliter confiteri, sed impudenter iacta-  
re iustitiam, nā vt habet circa illud Iere.5.  
quia inuēti sunt in populo meo impij etc.

Si ini-

Si iniquitates & peccatum confiteatur, errorem, facile ad misericordiam flectit Deū & hinc certè Ezechiam partē culpæ suæ aperientem, partem celantem, pendisse penam opinatur circa illud Esaiæ 39. Introiuit autem Esaias ad regem etc. esse enim confusionem quę mortem, & aliam quę vitam operatur, nempe per peccatorum confessionem testatur circa illud Ezechi, 16. ergo & tu confundere & porta ignominiam tuam etc. Nam secunda post naufragium tabula est ait in epistola. ad Pam mach. & Ocea. culpam simpliciter confiteri, Confessio enim & pulchritudo coram eo inquit in epistola ad Rustic. vt qui sua peccata fuerit confessus & dixerit, pruerunt, & corruptæ sunt cicatrices meæ à facie insipientiæ meæ, foeditatem vulnerum in sanitatis decorem commutet, qui enim abscondit iniquitatem suam nō prosperabitur Proverb. 28. Pœnit. Quis verò tanta (amabo te) siue mentis, siue iudicij laboret inopia? vt ex his veterum monumentis non statuat nisi illam exomologe sim quæ fit aut Deo, qualis est Manassis 2. Paral vlt. & prodigi filij Luc. 15. & publicani Luc. 18. & Davidis, non raro in suis

Ab incō:  
ueniēti.

F hymnis

DE EXOLOMO GESTI

hymnis & Psalmis, manifesteque; Christianorum omnium in oratione Dominica, aut homini sed in genere tamtu, primum enim non esset aliqua confusio aut verecundia ob quam homo tantopere à confessione, si vni Deo esset facienda, abhorseret, ut pote quē nihil fugere non nesciat, deinde neque pigeret, neque puderet quem confiteri homini se peccatorem esse in communis & generaliter, nimurum id quod sibi, alijsque; hominibus vniuersis nosset esse commune, cum nemo sit ex omni parte beatus. Postremò sola ratio distinctionis poenitentiae quod quedam publica et solenis, quedam priuata sit, id ipsum indicat olim in primitiua Ecclesia moris fuisse, et usus, cuique peccata in particulari confiteri, quum pro suo arbitrio sacerdos alijs publicam, alijs priuatam, alijs exiguum, alijs ingentem et duriorem poenitentiam indicaret pro criminis dignitate et modo, placentque mihi ista summopere taliaque; iudico si tamen quid iudicare potest, qui non intelligit nisi quod ipse capit, quod parum est, non forte aut quod verum est, aut quod vult is qui dicit aut scribit, quae dubijs et paradoxis hisce ac problematicarum opinionum

Scrit d'A  
suum

nionum monstris artificio, ne dolo ditam  
malo, non satis ad persuadendum cōfictis,  
præferantur. Verūm illum de vera et falsa  
pœnitentia librum non agnoscunt inter  
Aug. opera aliam saliuam lucernamq; aliā  
olere inquiunt et sapere. Catech. Id ope-  
ræ premium est quærere, quam ob rem.

Pœit. Ipsius ibi Augustini fieri mentio-  
nem affirmant, eumq; tanquam authore  
maiorem allegari testem. Catech. Fami-  
liaris admodum tergiuersanti et iudicium  
subire nolenti portus est iste, declinare &  
fugere forū quod inquiunt, vt præclarè  
Tertull. scripsisse lib. de præscrip. hæret.  
existimē, congressione cum hæreticis de  
scripturis ad aliud nihil vtilem esse nisi ad  
stomachi vel cerebri euersionē, istā enim  
hæresim non recipere quasdā scripturas,  
& si quas recipit, adiectionibus & detra-  
tionibus ad dispositionem instituti sui in-  
uertere, & si recipit, non recipere integras  
& si aliquatenus integras, nihilominus di-  
uersas expositiones commentando inuer-  
tere, atq; ita tātū veritati obstreperet adul-  
terum sensum quantum & corruptorem  
stylum, præterea nolle agnoscere inquit,  
ea(que ipsorum est præsumptio aut im-

F ij pudenda

DE EXOLOMO GESI

pudentia) per quæ relinquuntur his tan-  
tum niti quæ ex falso composuerunt , &  
quæ de ambiguitate ceperūt, id quod idē  
euenit si quis cum eis de veterum classi-  
corumq; scriptis ac panoplia maiorū no-  
strorum conflictet, alios namque eradunt  
prorsus è catalogo scriptorum Ecclesia-  
sticorum, illos truncos & mancos faciunt,  
penitusq; mutilos suis turpissemē seruire  
cogunt factionibus, & quod citra sinistrā  
suspitionem non est , nihil ferè reiiciunt  
exploduntq; quā quod sibi minus æquum  
& propitium fore arbitrantur si admittat,  
penes id, virgulam illam censoriam, di-  
uinamq; esse, auream (inquam) veritatem,  
cæterū id extra rem dictum esto , nam  
quod hunc librum eam ob caussam refu-  
tent quā dicis, faciunt né intelligendo vt  
nihil intelligent, grauiori enim verbo vti  
non libet quasi verò ideo quia Mar. Tull.  
lib.2.epist. ita scribens ad Curionē. Cùm  
multa conscribendi epistolas genera esse  
dixisset, vnum illudq; certissimum cuius  
causa res ipsa inuenta est , vt certiores fa-  
ceremus absentes, si quid esset quod illos  
scire aut nostra aut ipsorum interesset, re-  
liqua quibus se magnopere delectari pro-  
fitetur,

Si affir-  
mare at-  
q; nega-  
re, quod  
libet est  
fatis, nul-  
la satis  
bona cu-  
iusq; rei  
vel ratio  
vel pro-  
batio est.

sitetur, vnum familiare & iocosum , alterum seuerum & graue, vtro me deceat vti non intelligo inquit, iocer ne tecum per literas ciuē me Hercle non puto esse , qui temporibus his ridere possit , an grauius aliquid scribam: quid est quod possit grauiter à Cicerone scribi ad Curionem , nisi de repub.etc. quasi inquam aut alium Ciceronem quam se, aut alium præterquam ad quem scribit putet Cutionē, nam eiusmodi schematis creberrimè usum esse M. Tull. Quintil. aliosq; omnes hucusq; optimos clarissimosque Oratores liquet: de phraseos sermonisq; distantia atq; diuersitate æqui boniq; consulo , & fero censuram, attamen si modò iudices ipsi æqui boniq; studiosi sunt & obseruantes : quid autem mirum si heretici & schismatici aut alioqui parum sani pectoris, semel omnia exoleta cupiant quæcūq; aduersa sibi quoquo modo & à sua discrepantia cernunt amussi? Dein non statim neq; semper metiri oportet autorum diuersitatem , styli dictionisq; diuersitate, vel econtra similitudinem similitudine , est enim Oratoris eiusdem modò humile, mox mediocrem ilicò sublimē oratione incedere , & non-

F iij      nunquam

DE EXOMOLOGESI.

nunquam M . Cicero eloquentiæ parens  
graui ter & seuerè, alibi familiariter dice-  
bat, & ijdem poetæ nunc soccis iā cothur-  
nis vtuntur, & sunt sanè quidam in genere  
deliberatiuo versatissimi , sed tantum alij  
iuxta valent in judiciali et demōstratiuo,  
nonnulli suasorio nati videtur, quidā æquè  
omnibus pollent præstantq; , sunt qui sic  
pedestri solutaq; oratione suis ingenijs  
obduxere callum, vt ligatam prorsus ora-  
tionem ignorare putas, quos si poetari au-  
dias, nescire orare dicas. Et idē certe Ro-  
sciis, idemq; Tull. eandē rē frequentiori  
mutuò certabant, ille gerendo, hic dicen-  
do exprimere varietate, neq; enim minus  
eiusdem artis est, pluribus diuersissimisq;  
vti instrumentis, quām eiusdē mundi atq;  
naturæ ex eadem terra diuersissima rerum  
genera gignere, præsertim cùm scitum sit  
illud philosophicum, artem naturam imi-  
tari, oppidoquām sanè miror beneuelos  
censores illos, qui dudum tam acutum vi-  
dent, vt ex styli disparitate, scriptores iu-  
dicent diuersos, cur tam talpæ sint in suis  
scriptoribus æstimandis, qui in alienis vel  
argos plures vincunt. Si enim alium putat  
Augustinum eandem quidē rē , sed aliter  
hic ali-

hic aliter alibi dicentem, cùm non semper  
eodē modo affectus sit Orator, vt eadem  
perpetuò fluat vena, sicut nec semper idem  
furor poetas agitat, quidni multò maximè  
alium putant aut Lutherū, aut Caluinū, aut  
Confessionistas modo affirmantes, modo  
rem eandem negantes? Cur non exigunt  
ab ipsis potius vt magis sibi respondeant?  
Quare illis licet tam esse sibi dissimilibus  
in re, cùm tantam in nobis aut nostratibus  
verborum quoque similitudinem extor-  
quere moliantur quæ tamen non nisi rem  
vnam significant, et non nisi res una esse  
possit, verba verò plurima? Denique fac  
apocryphum librū illū esse, quid inde cō-  
cludent? nū rē quoque apocrypham esse?  
non sequitur istud, nā ante tēpora Augu-  
stini rē hanc eandē ex Apostolica tradi-  
tione, Christiāque autoritate ad nos manas-  
se iā cōcepimus ostendere, Augustinū autē  
non tā hanc veritatē inuenisse ( nedū aut  
Innocentiū 3. vt cōmentantur aut reliquos  
retrò scholasticos quos proculdubio illo  
libro velut Augustini usos constat) quām  
sacrosanctē traditā non ægrē excoluisse ac  
cōmendauisse cōpertū est, tantò vero te-  
merarijs illis estimatoribus minor est, dā-

E iiiij da fides

## DE EXOMOLOGESI.

da fides, quanto locupletioribus testimonijs veterum scholasticorum plus deferendum, sicut enim ars non nisi ignorantem, ita nec virtus nisi expertem habet oforem Perpellè profectò Dioge . Cynicus cuidā prodigijs instar miranti quod mus dolium roderet, imò verò, mirum esset , respondit, prodigium , si doliū murem roderet, nihilo plus miri accidit si nauci homines exomologesim siue confessionem contemnunt , id est peccatores peccatorum accusationem & detestationem , mirum enim supra modum esset si amplectentur, sed nos ceptis insistamus , confessionē suorum peccatorum fieri Deo(ait Augu.) quidam autumant sufficere , cui nihil occultum est,nolunt enim vel erubescunt, vel dedignantur ostendere se sacerdotibus cum tamen Dominus voluerit eos discernere inter lepram, & non lepram Leuit.13. etc.nolo igitur ut hac opinione decipiaris confundarisq; confiteri peccata tua coram Dei vicario tabescés p̄dolore,aut cœrulosus p̄ indignatione, ipsi⁹ quippe humiliter subeundum est iudiciū, quem Dominus non dedignatur habere vicarium, roget ergo infirmus ad se venire sacerdotem, et

Confes.  
sionem  
Deo fa.  
ctā non  
sufficere

tem, & faciat eum suæ conscientiæ penitus  
conscium & participem, reuelet ei vias  
suas & adhibebit antidotum reconcilia-  
tionis etc. lib. 2. de visitatione infirmorum  
cap. 4. Imò verò astantem coram te sacer-  
dotem, inquit ad infirmum, angelum Dei  
existima, aperi igitur illi abditissima pe-  
netralium tuorum, nō pudeat coram uno  
dicere, quod non erubisti coram multis  
facere, humanum enim peccare, Christia-  
num desinere, diabolicū perseverare, nullis  
ambagibus inuoluas scelera tua, designa  
autem locum, tempus, atatem, gradū, of-  
ficij, numerum, semel scilicet, an bis in te  
culpas admiseris, an amplius, personas ta-  
men non nomines cum quibus peccasti,  
deinde vtrum necessitate an voluptate, ig-  
norantia an malitia deliqueris, hæc enim  
omnia si taceantur aut pallientur animam  
iugulant, si denudentur cum penitentia  
euanescent, meliusq; est coram uno mani-  
festare quā patere omnib; in iudicio,  
cōfitere itaq; nominetenus quæ te remor-  
dent flagitia, & detege specialiter, quoti-  
diana verò ac leuiora saltem generaliter  
& simul velut in fasciculum collecta, sicq;  
ex indulgentia confide ibidem capite s.

Qui

DE EXOMOLOGESI

Depræ-  
paratioē  
ad mor-  
tem.

Qui enim viam vniuersæ carnis ingredie-  
ris, ait, vbi visurus es tuos parentes, patri-  
archas, prophetas, sanctos Apostolos, &  
omnium summam beatitudinem, ne in via  
tanti itineris deficias, viaticum tibi neces-  
sarium est, recordare autem peccata tua, &  
in aure sacerdotis humiliter confitere iu-  
xta illud Iacob. 5. Confitemini alterutrum  
peccata vestra etc. dole & tunde pectus  
tuum, magis mentis quam carnis lib. 1. de  
visitat infirmo. ca. 2. Similiter de rectitu-  
dine catholicæ conuersationis circa me-  
dium iubet infirmum sua confiteri pecca-  
ta, & sic de misericordia diuina confiden-  
tem accipere Eucharistiam, & oleum be-  
nictum, ut iuxta Iacob. 5. oratione fi-  
dei saluet eum etc, epist. III. ad Julianū co-  
mitem. vult nos omnes per confessionem,  
& poenitentiam lachrymarum studere, ut  
statim abluamus quicquid labis ex huma-  
na infirmitate contractum est, ne diu sine  
amici nostri amplexu maneamus. Itē qui  
præter vxores concubitum alium habui-  
stis agite poenitentiam, qualis agitur in Ec-  
clesia, ut ipsa oret pro vobis, nemo sibi di-  
cat, occultè, ago nouit Deus, qui mihi ig-  
noscit, quia in corde ago, ergo sine causa  
dictum

dictum est Matt.18. Quæ solueritis in terra soluta erunt & in celo? ergo sine causa datæ sunt claves Ecclesiæ Dei Matt.16. frustramur euangelium Dei & verba Christi? promittimus vobis quod ipse negat? Nonne vos decepimus? Iob dicit 31. Si erubui in conspectu populi cōfiteri peccata mea, talis iustus thesauri diuini obrisi tali camino probatus hēc dicit, & resistit mihi filius pestilentiae & genu figere erubescit sub benedictione Dei, quod nō erubuit Imperator Theodosius, non senator, nō curiales? Quid igitur reclamat plebeius? quid negotiator? Hom. 49. circa illud 2. Cor.5. legatione fungimur pro Christo. Nam quod iustus es inquit Ser. 7. de verbis Domini secundum Matt. in fine, pietati diuinę tribuendum quod peccator, tuæ iniurianti, esto ergo tuus accusator & erit ille indulxtor tuus etc. Quare enim ait enarratione seu concio 2. in Psalm.31. Publicanus nolebat coelum attendere Luc.18. quia scilicet se attendebat, vt primo sibi disperceret, & sic Deo placaret, tu autē iactas te, & merita tua superbus attendis, peccata præteris ut minus, illā superbā iactantiam Dominus autem attendit, si vis ut non attendat

DE EXOMOLOGESI

Sui apud tendat, tu attende, sic Publicanus enim iu-  
Deum & stificatus est intuens cōscientia suam, eāq;  
in foro pœnitentia puniens, ipse sibi iudex fuit, vt ille interce-  
tiæ accu- deret, ipse puniebat, vt ille liberaret, ipse  
sando sui accusabat, vt defenderet ille, à Deo vero  
quasi de- fensio est defensus est, quia dixit pro ipso sentētiam  
fensio est quia Phariseus tacuit confessionem pec-  
cati, quia non aduertit se exaltando, Deus  
aduertit, aperuit, animaduertit, humilian-  
do Publicanus quia peccatum suum agno-  
vit, Deus ignouit, ipse nudauit, hic operuit  
cūm enim prius tacente me inueterasce-  
ret dixi ait Psalmista, pronunciabo ad-  
uersum me iniustias meas Domino, &  
tu remisisti impietatem peccati mei, non-  
dum confessionis vox ad os peruererat  
& iam pronunciationem & confessionē  
cordis, auris Dei attendit, & peccatum

Hæresis cordis dimisit. Et bene aduersum me dicit,  
est gno- quia multi aduersum Dominum pronun-  
sticorū ciant peccata sua, se defendunt, & Deum  
Maniche- accusant dicunt Deum sic voluisse, fatum  
orū, Pris- fecisse, aut stellas, martem enim homicidā,  
cilliani- venerem adulteram, aliosq; planetas alios  
starum. peccatores gignere, & ita qui nolunt per  
compendiū confessionis, venire ad Deum  
placandum, per circuitum prouenient ad  
accu-

accusandum eum etc. Eodem modo Hie-  
ron. Chrysost. Thedoret. Euthy. Innocet.  
3. papa & Grego. Mag. etc. Est enim teste  
August. confessio peccatorum, & virtutis  
Dei, tuam igitur inquit confitere iniquita-  
tem, confitere & Dei gratiam, te accusa, il-  
lum glorifica, te reprehende, illum lauda  
vt & ipse veniens inueniat te punito-  
rem tuum & exhibeat se tibi saluatorem  
tuum si enim non confessus lates, non  
confessus damnaberis, times confite-  
ri, qui non confitendo non potes esse  
occultus? damnaberis tacitus, qui possis li-  
berari confessus, si enim plangunt ante ho-  
minem latrones confessi, latentur ante  
Deum confessi fideles etc. (Est enim hoc  
iudicium, atq; tribunal magis pro reo quam  
contra eum) latentur autem gentes per  
ipsam confessionem, quia bonus est cui  
confitentur, ad hoc enim exigit confessio-  
nem, vt non iudicet, damnet, puniatque,  
sicut homines iudices, sed vt liberet humi-  
lem, ad hoc autem damnat non confiten-  
tem, vt puniat superbum, ergo sis tristis  
antequam confitearis, confessus autem ex-  
ulta, iam enim sanaberis, non confitentis  
conscientia saniem collegerat, Apostema-  
tumue-

Venit  
Method  
cōfessio  
culpæ.  
Duplex  
cōfessio.

Qui cōfi-  
tetur cri-  
mē in fo-  
ro regio  
ei impe-  
riali suæ  
mortis  
sententiā  
fert, in  
hoc autē  
foro qui  
reū se cō-  
fitetur  
absolui-  
tur.

## DE EXOMOLOGEST

cumuerat, cruciabat te, nec quiescere sinebat, adhibet autem medicus fomenta verborum, & aliquando secat, adhibet medicinale ferrum in correptione tribulationis, tu agnosce medici manum, confitere, exeat in confessione & defluat omnis sanies, iam exulta & lætare quod reliquū est

**Ratio facienda ex omologo sios.** facile sanabitur super Psalm. 66. Quomodo enim queat, ait serm. 66. de tempore, medicus vulnus sanare, quod æger ostendere

verecundia nolit? Deus enim confessio-  
nem nostram desiderat, ut iusta ignoscendi causam habeat, quomodo vero ait lib.  
de poenitentiæ medicina ca. 2. ignoscet Deus  
quod nō vult agnoscere superbus homo?  
Quis ita desipiat ut quia Christianus est,  
tantum sibi pollicetur præmium cœleste  
cum detrectet, aut differat, vel dubitet cō-  
fugere ad claves Ecclesiæ quibus et hic sol-  
uatur, & in cœlo Matt. 16. & 18. Ipse idem  
Augustinus. utiliter & salubriter nos ad-  
moneri dicit in omnibus diuinis ut pec-  
cata nostra iugiter & humiliter nō solùm  
Deo, sed etiam sanctis, & timentibus Deū  
**Oracula de facienda ex omologo sio.** confiteamur, ita enim per Iacobum cap. 5.  
spiritum sanctum suadere. Confitemini al-  
terutru peccata vestra etc. & Psal. 13. Con-  
fitemi-

Itemini Domino quoniam bonus etc. & Confessio  
rerū me-  
dicarum  
instar.  
 Psalm. 31. dixi pronunciabo aduersum me  
 iniustitiam meam Domino, & quomodo nobis peccatorū vulnera nunquam dees-  
 se possunt, ita confessionis medicamenta  
 adesse semper debere, neq; ideo Deū vel-  
 le nos confiteri peccata nostra quasi alio-  
 qui ipse scire non possit, sed quia diabolus  
 hoc desiderat ut inueniat quod nobis ante  
 tribunal iudicis æterni obijciat, & idcirco  
 defendere nos etc. Quomodo inquit egit  
 ab initio ut caderet homo qui stabat, sic  
 fatagit ne qui cecidit surgat. Sumus enim Sanādos  
nos esse  
cōtrarijs  
 lapsi per superbiam, nec aliunde quam per  
 humilitatem possumus reparari. Verūm  
 quomodo serpens seduxit Euā astutia sua,  
 ita & hodie multis per Mathematicos  
 & Manichæos imponit, qui ne homines  
 peccata sua confiteantur, non hominibus  
 aiunt, sed stellis imputanda peccata, &  
 satis, atque ita Deum blasphemant etc.  
 Alij nempe Manichæi non tu ( in-  
 quiunt ) peccas sed gens tenebrarum, id  
 quod non est tollere & abolere, sed ge-  
 minare peccatum. Quidam in diabo-  
 lum sua peccata referunt, qui sanè sua-  
 dere & solicitare potest, cogere haud-  
 quaquam.

-15-10

DE EXOMOLOGESI

quaquam, Posuit namq; Deus in hominis  
potestate , arbitrij libertate, vt vel cōsentire,  
vel non consentire valeret, & à dextris  
quidem est Deus præcipiens , & confor-  
tans, à sinistris seducens sathanas, homo in  
medio constitutus est, neque diabolus co-  
gendo sed suadendo nocet, nec extorquet  
à nobis consensum, sed magna industria, et  
infidijs elicit & aucupatur, dat quidem il-  
le consilium, sed Deo auxiliante , si nobis  
ipſi non defuimus, nostrum est, vel eligere  
vel reprobare quod suggerit & vincimus  
planè si à partibus illius nobis standū non  
putabimus etc. Sicque diabolus ait modò  
vult, vt non accusemus peccata , Deus au-  
tem cōfidenti tāquam aperto situ indul-  
gentiam paratus est dare , excusas claudis  
ſinum includisq; peccatum & excludis in-  
dulgentiam peccati. Ecce quid fecisti non  
vt tolleretur peccatum sicut dudum dixi,  
sed Medicina intercluderetur peccati, fa-  
nare te habebat Deus per indulgentiam ſi  
fateris quæris per quem excutes, sed non  
quærit ille quem pro te puniat. Dic ergo  
deuoto corde. Ego dixi Domine misere-  
re mei. Quare addidit ego dixi? propter  
Manichæos qui dicunt non tu peccas, cla-  
ma er-

ma ergo dixi dñe misererī mei sana animā  
 meā quia peccauī tibi, sanat quippe te deus  
 tantū tu cōfitere vuln<sup>r</sup> tuū iaces sub mani-  
 b<sup>r</sup> medici patiēter implora auxiliū, fouet,  
 vrit, secat & quanimiter tolera, tantūmodo  
 attēde ut saneris sanaberis verð si ostēdas  
 te medico nō quia ille nō vidit, si tu te ab-  
 scōdas, quia ipsa exomologesis sive cōfes-  
 sio sanitatis initiū est etc. sic ferē Aug. Ho-  
 mil. 12. de verbis Apost. Ia. 5. Cōfitemini al-  
 terutrū etc. & li. de salutaribus documētis  
 ca. 33 Antequā percipiatur Eucharistia cor-  
 poris & sanguinis Domini, vult hominē  
 sese probare, vti monet Paulus I. Cor. II.  
 quod ita interpretatur vt prius ad confes-  
 sionem & pœnitētiam recurrat, omnesq;  
 actus curiosius discutiat & peccata omnia  
 sine morā per confessionem & verā poe-  
 nitentiam abluat, ne cum Iuda diabolum  
 intra se celans pereat, protrahens de die in  
 diem peccatum. Dein ca. 34. diligenter  
 quoq; cordis arcana & cogitationes eo-  
 dem modo eradendas, neq; minima sper-  
 nenda ne paulatim excidamus id quod ha-  
 bet Ecclesiast. 19. Neq; paruipendendum  
 morsum serpentis inquit, ne venenum in  
 cor spargatur, illud enim vitam esse qui-

Non ig-  
 tur suffi-  
 cit cōtri-  
 tio vna  
 nisi vel  
 in votis  
 sit cōfes-  
 sio.

Exomo-  
 logesim  
 ante Eu-  
 charistiā  
 necessa-  
 riā esse.  
 Diabolū  
 intra se  
 celare &  
 peccatū  
 perinde  
 esse.

G dem

**Serpētis** Idem serpentis, sed hominis mortem cap.  
**vita ho-** autem 38. Omnibus Christianis Laicis, cle-  
**minis to-** minis clericis, Monachis, hāc communem ad bea-  
**picū esse.** titudinem viam assērit fidem, spem, cha-  
**Multos** proinde ritatem, confessionem veram & poenitē-  
**tota erra-** tiam dignam, & ca. sequenti. 39. nō differ-  
**re certū** re poenitentiam atque confessionem hor-  
**est via** Non dif- ferēdam  
**poenitē-**  
**tiam &**  
**cōfessio-**  
**nem.**  
**Deligen-** Dūm cō-  
**dum cō-**  
**fessariū**  
**esse.**  
**Verā pœ-** Verā pœ-  
**nitentia** & cōfes-  
**sionē dei** donum  
**esse.**  
 idem serpentis, sed hominis mortem cap.  
 autem 38. Omnibus Christianis Laicis, cle-  
 minis clericis, Monachis, hāc communem ad bea-  
 titudinem viam assērit fidem, spem, cha-  
 ritatem, confessionem veram & poenitē-  
 tiam dignam, & ca. sequenti. 39. nō differ-  
 re poenitentiam atque confessionem hor-  
 tatur, & ca. 52. quum post baptismum or-  
 dinarit Deus aliud peccatorum remedium  
 poenitentiam & confessionem non seg-  
 niter eam, cum qua possimus, optimo  
 probatissimoq; sacerdote salutis monet  
 ineamus rationem etc. Et in enarratione  
 Psalm. 41. circa illud propterea memor fui  
 tui de terra lordanis etc. id est, ait à baptis-  
 mo vbi est remissio peccatorum, eò quod  
 nemo ad remissionem peccatorum per-  
 tingat nisi qui sibi displicet, qui sese pec-  
 catorem confitetur, qui semetipsum Deo  
 humiliat etc. & circa illud Psalm. 50. spiri-  
 ritum sanctum tuum ne auferas à me, quia  
 non potest esse confessio peccati & puni-  
 tio in homine à semetipso, quod quis sibi  
 super peccatis suis displicet eaque confi-  
 tetur spiritus sancti operationem & gra-  
 tiam assēuerat esse, & quamvis quis adhuc  
 confiteatur, & deprecetur veniam, tamē  
 ea parte

ea parte qua ei displicet malum quod cō-  
 misit Deo coniunctum & acceptum ait, et  
 proinde circa illud Psal.74. Confitebimur  
 tibi Deus, confitebimur & inuocabimus  
 nomen tuum, ante omnem orationem &  
 precem hominem sui quemque suorumq;  
 peccatorum iudicem vult esse, ut prius o-  
 mnia peccata sua confiteatur & damnet,  
 quam Deum inuocet, peccata horrētem &  
 fugientem etc. & quod parum minusque  
 sit quam est necesse, se quemque in gene-  
 re peccatorem confiteri circa id quod se-  
 quitur enarrabo omnia mirabilia tua, mul-  
 ta dicit esse corda cōfitētūm, vnum cre-  
 dentium, eò quod alij alia peccata cōfiteā-  
 tur, vnam autem omnes fidem credant ser.  
 autem 30.ad fratres in eremo dicit haud-  
 quam sufficere Deo cōfiteri nisi etiā dili-  
 géter pri<sup>o</sup> cōsciētia examinata, & sensibus  
 perquisitis singula etiam cordis commissa  
 homini confiteamur, sacerdoti supplices  
 aduoluti, & vult in capite nō in calce qua-  
 dragesimæ fieri ab vniuersis exomologe-  
 sim etc. Miris laudibus effert confessio-  
 nem & in fine sacerdotes monitos ha-  
 bet cōfessarios. vt sciāt quam qualem quā-  
 tamq; quibus infirmitatibus, medicinam

Peccato-  
rū cōfes-  
sio ad fū-  
dēdas pre-  
ces Deo  
cōfēdīo-  
la p̄f. a-  
ratio:

O morū  
probatis.  
fimūm.

Sacerdos  
tū munia

G ij adhibe-

DE EXOMOLOGESI

adhibere debeant, & exponens mystolo-  
giā illius Genesis 38. Quòd Thamar mu-  
tato habitu suscepit Iudā, Ecclesiæ typum  
fuisse opinatur, quæ à Christo & Aposto-  
lis prædicationem suscepit pœnitentia in  
amaritudine confessionis etc. & lib. quest.

Duplex  
cōfiteō  
genus.  
Quid cō-  
fessio.

in Matt. cap. 9. cùm distinxisset laudis &  
peccatorum confessionem, generaliter in  
scriptura confessionem nuncupari affir-  
mat omnem manifestā sicut cernitur utq;  
se habet euinciationem, & cùm hīc tum  
in enarratione Psalm. 117. & Serm. 8. De  
verbis Domini secundum Matt. Nonnul-  
los ita exomologesis studiosis fuisse in-  
nuit (quæ eorū erat imperitia) vt nullam  
super cō-  
fessionē  
alia olim  
atq; nūc  
multō.  
Paræne-  
tica de  
cōfessio-  
ne.

præter peccatorum confessionem memo-  
rari in scripturis existimarent. Similiter  
scribens in Psalm. 50. & 66. & 68. concio-  
ne i. in fine & accuratissimè Serm. 66. de  
tempore siue Serm. 3. Dominicæ primæ  
quadagesimæ, & alibi creberrime faciē-  
dæ exomologeos meminit. Imò verò  
Serm. 8. de verbis Domini secundum Mat.  
tractans illud Mat. 11. Confiteor tibi pater  
etc. cōfidentem viuere & à Domino prius  
resuscitatum quam prodeat in lucem, in-  
quit, à mortuo siquidem perire confessio-  
nem

nem Eccles. 17. & mouens quæstionem,  
Quid igitur pro sit confitenti Ecclesia cui  
dictum est Matt. 16. 18. Ioannis 29. Quæ sol-  
veritis in terra etc. ipsum Lazarum atten-  
dendū perhibet, quem discipuli suscitatu  
sed etiamnum ligatum iussi sunt soluere  
etc. Postremò nihil aliud insinuat August. Confes-  
sionem par-  
tem non minimam, eamq; individuā peccati  
nitentia seu comitem seu pedissequam, seu  
clientem, quando in Euchi ad Laurentium  
cap. 64. bene post Ecclesiæ confessionem  
in symbolo remissionem peccatorum po-  
sitam afferit, cō quod per hanc illa stat in  
terris & non perit quod perierat, neminā  
enim esse qualibet polleat fœcunditate ius-  
titia, qui non saltem remissione peccato-  
rum venialium sine quibus hæc vita nō  
transigitur indigeat, deinde ca. 65. De nula  
lis criminibus quoq; desperandum, modò  
in Ecclesia poenitentia agatur cui remissio  
peccatorum commendata est, testatur, ni-  
mirum quod quemadmodum B. Ambro.  
& alij ortho. scriptores in Ecclesia idem  
ius soluendi atq; ligandi Deus esse volue-  
rit, quæcunq; tandem vel peccata vel cri-  
mina. Et vide mihi an non satis aperte

G iii exomo-

DE EXOMOLOGESI.

exomologesim distinctam iudicet cùm secundum modū sui cuiusq; peccati quēq; poenitentiam subire mandet , & vbi tale crimen ac facinus commissum est , vt à

Excōmu  
nicatio.

Christi corpore sit separandus , non tam temporis quam doloris mensuram æstimar. etc. & ca. sequenti 66. manifestè docet remissionem hanc peccatorum Eccles. fræ clauibus creditam ad sacramentum pertinere etc. At qui ca. 67. & alijs sequentibus tradit nullis eleemosynis nisi uno hoc Ecclesiæ remedio peccata remitti , & quidem ca. 82. sine Dei gratia nemine age. ra poenitentiam secundum Ecclesiæ mo- rem inquit. Eum autē qui in Ecclesia peccata dimitti diffitetur, tantiq; muneris lar- gitatem cōtemnit , & in hac obstinatione die in claudit extremum reum peractum in illius irremissibilis peccati in spiritum sanctum in quo Christus eoq; Author. Ecclesia peccata dimitit, affirmat cap. 83.

Autori-  
tas ecclie-  
siæ in re.  
mitten-  
dis pecca-  
tis.

Eaque de re ex proposito libellum inte- grum conscripsisse se meminit, & est Ser. n. de verbis Domini secundum Matt. vbi

lōgē lateq; hac de autoritate Ecclesiæ dis- finit neq; secus intelligendū est quod ha- bet lib. de fide ad Petr. ca. 12. Poenitentiam

tunc

tunc prodesse peccatori quantumcunquā  
peccarit grauter quacunq; atate, vel tem-  
pore resipuerit, modò pœnitentiam agat  
in Ecclesia cui Deus in persona Petri li-  
gandi soluendiq; tribuit potestatem Mat.  
16.etc. quam vt facta sacerdoti exomolo-  
gesi iudicio atq; sententiæ sacerdotali tan-  
quam diuinæ fesse subdat, id quod ipse meret  
August. si rectè aestimamus superius satis  
explicuit. exponens profecto lib. 20. ca. 9.  
de ciuit. Dei, regnum illud militantis Ec-  
clesiæ longè tamē aliud esse inquiens quā  
futuru sit ablati scandalis excusisque de  
area paleis. Et adducens illud Apocal. 20.  
Quod diabolus mille annis ligatus posteā  
paruo tempore sit soluendus, mox recapi-  
culando inquit. Quid in istis mille annis  
agat Ecclesia vel in ea agatur, vidi, inquit,  
sedes & sedētes supē eas, & iudicium da-  
tum est, non vltimū inquit, sed sedes præ-  
positorum & ipsi præpositi intelligendi  
sunt per quos Ecclesia nunc gubernatur,  
nullumq; iudicium melius datū accipi po-  
test quam id quod est Matt. 18. Ioannis 20  
Quæcunq; ligaueritis etc. Quæcunq; sol-  
ueritis etc. Ita quippe & lib. 1. de doct.  
Christianæ cap. 17. Claves Ecclesiæ à Chri-

G iiiij sto da-

supis

DIEI EXOMOLOGESI.

sto datas afferit cui peccatorum remissio,  
nempe per illud iudicium quod dixit, cō-  
missa est. Et similiter proculdubio, quic-  
quid de Petr. & in persona eius Catho.  
Ecclesiæ clavibus ac potestate retinendo-  
rum dimittendorum que peccatorum lib.  
de agone Christiano ca. 30. & lib. 1. contra  
aduersarium legis & prophetarum ca. 17.  
& lib. 3. contra Donatistas de baptis. cap.  
17. & 18. & circa illud Ioannis 12. Pauperes  
semper habebitis vobiscum tracta. 50. in  
Ioannem & serm. 1. feria 4. post domini-  
cam palm. qui est numero 224. & serm. 50.  
de utilit. & necessita. pœnitentię. & fer. 3.  
in festo Petri & Paul. qui etiam Maximi à  
nonnullis, vel Ambro. ab alijs putabatur;  
omnia, inquam, eiusmodi loca de quibus  
tecum prolixè prima si meministi egi ora-  
tione, non aliò quam huc faciunt ut chri-  
stiani omnes à baptismō lapsi agnoscant,  
subeantque tribunal & forum quod sāpe  
memorauimus à Christo in Ecclesia velut  
ingenti numero saq; repub. erectū, de quo  
Greg. Naz. cognomerito Theologus in  
oratione quadam ad imperatorem que sic  
incipit. Ventrem meum doleo etc. dicit  
enim principes suæ à Christo non minus  
atque

atq; priuatos i quosq; subiectos potestati  
actribunali, & tanto maiori se eis im-  
perio perfectiori q; dignitate prestatre quā-  
to ternenis cœlestia & carnalibus spiritua-  
lia præcellunt. Scio inquit te esse ouē mea  
gregis, me altaris sacerdotem, te pastoris  
magni agnum etc. Instituit imperatorem  
ad iustitiam, & clementiam, & mansue-  
tudinem erga subditos; eumque talē præ-  
catus esse subditis qualeam suum sibi vi-  
cissim Dominum Deum videlicet, forei  
optat aliquando, Dein eam sibi licere per  
ipsum fidem soluere obtestatur Ecclesiaz  
sua functione, quam ipse quoq; debet per  
gladium illi commissum includitur si qui-  
dem tribunal atq; iudicium in Ecclesiæ  
clavibus, statuto vero afferroq; tribunali  
colligitur mox potestas seu iurisdiclio eccl-  
esiæ reum in ius vocandi & pertahendi,  
dehinc testium, accusationum, declaratio-  
numq; dispositio, & cuiuscunq; querelæ  
in reum actio, Præterea Rei ingemina &  
liberalis vel confessio vel expurgatio, i  
postremo iurisprudentia adhibitor infe-  
renda sententiam vel cōdemnationis, vel  
absolutionis, iuxta iuris dictamen, &  
rationem, quæ profecto vniuersab sine  
pecca-

DE EXOMOLOGESI

peccatorum omnium collectione enumera-  
tioneque abs reo sacerdoti iudici ordi-  
nario facta legittimè obseruari non valeret.  
Quare porrò catechumeni , energumeni.  
Apostatae, poenitentes post sacram lectio-

Plurima- nem ut est apud Diony . Areopag. Eccle-  
q; conci- Hierar.ca.3.part.2.& in Liturgia seu missa  
ha mem- quam vocamus Iacob. Apost. & Basil .&  
nere.

Sancta Sanctis. Cofessio & absolu-  
tio pecca- torante commu-  
nionem necessa-  
ria.

cretis & mysterijs interessent? Quare cum  
ipsi credant in Christum non se eis credit  
Christus quod inquit August. Tract. anim  
To.21&3. & lib.21 de peccatorum meritis  
& remiss.ca.26. cui nouatianis quidem lapsi  
fos à Baptismo non permittebant Eucha-  
ristiam suscipere quod habet Socrates lib.  
4.ca.28. & lib.1.ca.6. & Eusebius Eccles.  
Hist.lib.6.ca.43; etc. & Niceph. Callist.  
ca.2&3; etc. & Sazome.li.ca.22. Nam  
Tcap. hist.lib.9.ca.38. & Nouatianos , &  
Macedonianos , ieb Quartodecimanos à  
communione suspendere quosfunq; post  
baptismum lapsos habes. Eamque nha obli-  
cais am nouatum ab Ecclesia Romana de-  
sciuit se testis est Niceph. lib.11. Ecclesiast.  
hist.14. et lib.8.ca.20. et lib.6. multis capit.  
Quod Cornelius papa eos ad communiori-

-BECCEG

nem

nem admissit qui tempore persecutoris Decianæ dijs sacrificarant; id quod etiam testatur Eusebius lib.6. Eccle.hist.ca.33.etc. Quid verò quod non admisit Fabianus, qui illū proximè in sede Apostolica præcessit Philippum Imperatorem ad communionem sacramentorum, nisi prius ex exomologesim et poenitentiam peccatorum exhiberet, quod habent Euseb. lib.6. Eccle.Hist.ca.25. et Nicepho.lib.5. cap.25. Nam et D. Maximus presbyter Ecclesiæ Rom. et Urbanus qui secundò confessores fuerant et Sidonius et Celerius præclarissimi confessores, viriq; optimi præstigijs et technis novati decepti et in eius lapidi errorem, non prius ad communionem admissi sunt quam suum peccatum coram episcopis et presbyteris et Laicis viris confessi, etiam dolos et fraudes Heresiarchæ detegerent, et quum tribus Episcopis Novatus imposuisset, et persuassisset ut ab eis ordinaretur, Episcopus unus mox ad Ecclesiam reuersus confessus est suam culam, et ita ad communionem laicam admissus est apud Euseb.lib.6.ca.33. et Nicephor.lib.6.ca.3. Eodem quidam cui Natali erat nomen confessor ut sese Episcopum

DE EXOMOLOGESI 3

pum hæreticorum, artemonitarum finge-  
ret locatus præcioq; conductus non nisi  
post exomologesim factam Zephyrmo  
episcopo Rom (qui D. Victorii successit) et  
pœnitentiam publicam atque solennem ad  
communionem est admissus, quod refert  
Euseb.lib.4.cap.21. Et Cypria.eam suisse  
fidem et suam, et totius ecclesiaz semper  
perhibet, ut lapsis non statim communio  
daretur per preces et libellos promissaque  
ac suffragia Martyrum, nisi infirmitate for-  
tè apprehensis facta exomologesi et manu  
imposita in pœnitentiam ad Dominum  
eum pace transmittentur ut habet lib.3.  
epist.5.& alibi non raro eadem tradit do-  
ctrinam.

Quaten<sup>s</sup> s<sup>e</sup>cun<sup>d</sup>o  
nati<sup>n</sup>ie  
bat ca-  
tholicis  
atq; no-  
nati<sup>n</sup>is  
catholicis cum Nouatianis, alijsq; hæreti-  
cis quod nulli hisi baptizato communio  
corporis & sanguis Domini fieret. Dein-  
de quod nulli post baptismum lapsi, &  
in peccato adhuc existenti, aut necdum  
à peccato absoluto, nisi ultimum pericu-  
lum immineret, quamquam neq; tunc qui-  
dem Nouatiani ad communionem ad-  
mitterent lapsos. In hoc autem discrepa-  
bant permaxime, quod catholici pœni-  
tentiam cui intime iunctam exomologe-  
sim existi-

sim existimabant tanquam alterum bap-  
tismum alterumq; remediu & remissio-  
nem & secundam (quod aiunt) post nau-  
fragium tabulam, Deo autore in Ecclesia  
penes sacerdotes relictā asserebāt. Nouat.  
verò haud quaquā, & manifestum est apud  
Ambro.lib.1.de poenit.cap.1.14.& 15.ca.3.  
& 6. quos vno illo memorabili exemplo  
facilè confutat. Diony. Alexan. Episc.scri-  
bens ad Fabianum, vel, vt alijs placet, Fa-  
bium Episcopum antioche. subdubitam-  
tēm, & non nihil ad partes Nouati inclina-  
tum, quod cū Serapion quidam inculpa-  
tae vita magnaq; fidei & religionis vir-  
tempore persecutionis esset lapsus, ac de-  
mum multò tempore fidem opemq; ma-  
tris ecclesię frustra implorauisset, eō quod  
non solum per libellum peccarat quod  
longè minus erat vt liquidum est ex Cy-  
pria monumentis, sed etiam suis manibus  
sacrificauerat, tandem graui languore de-  
cubens, & per tres dies inopia lingue &  
sensus laborarit, & quarto die paululum  
respirans, adq; sensum reuersus, & verba,  
accito nepote obtestatus sit, vt vel tandem  
per presbyterum posset absolui et dimitti  
in pace, hisq; dictis obmutuisse iterū pue-  
rum

De libel.  
latis s̄c̄pe  
habes a-  
pus Cy-  
pria.

DE EXOMOLOGESI

xum verò celeriter intempesta nocte cu-  
cūfisse ad præsbyterum, hunc autē utpote  
infirmū venire nō potuisse, verūm quum  
ego māndasset (inquit) ut ē vita discessu-  
ri si opus esset, & potissimum si prius id  
multis votis flagitassent absoluerentur, ut  
sic meliore spē nixi nature concederent.  
Presbyterum deniq; paululum Euchari-  
fi, puerο dedisse, ori sērapionis infun-  
dendū, quo percepto continuo spiritum  
reddidisse, an nō ergo, ait concludēs, cō-  
seruatus eousque in vita fuit is, donec ab-  
solueretur, & peccatis per multa opera  
bona quæ egerat extinctis cōfiteri posset?  
& est apud Nicēph.lib.6.ca.6. & Eusebi.  
lib.6.ca.34. sed quō ad id vnde defluxit  
redeat oratio, certo certius est, omnes an-  
te maiores classicos, neque poenitentiam  
sine confessione, neq; ferè communionem  
indulsiſſe nīſi præmissa exomologesi, &  
sicut initiandis Christique expertibus à  
peccatis absoluendis baptismū, ita à bap-  
tismo lapsis poenitentiam & exomologe-  
sim ceu necessariam, & sicut primam pec-  
catorum remissionē non nisi per baptis-  
ma, ita alteram non nisi per poenitentiam  
& confessionē cuiquā contingere duxiſ-  
se. Eo-

se. Eodē igitur modo accipiendus est ca-  
non Apołt. 51. 61. de admittenda pœnitен-  
cia, quod nimis si quis vel errore, vel  
ignorātia, vel infirmitate, aut malitia pec-  
carit, si offerat libellū pœnitentiae & sacer-  
dotii peccati exomologesim faciat recipia-  
tur ad communionem. Dein quod sancti-  
tū est in concil. Nice. primo ca. 12. ut nulli  
discessuro ex hac vita, negetur communio  
corporis et sanguinis Domini, Eodē pror-  
sus modo nisi præpostere sapimus, quem-  
admodū voluerunt diu antè Cypria. Cor-  
nel. Diony. Alex. et D. Leo papa epist. 91.  
ad Theodorū, et alij contra Nouatianos  
agentes, nempe exhibita exomologesi ne-  
mo ambigit intelligendum. Quod autem  
canone 8. iubentur ministri altaris obla-  
tione facta communicare & quod fideles  
omnes qui rebus diuinis intersunt, præci-  
piuntur similiter percipere Eucharistiam  
Canon. 10. & habes de consecr. distinct.  
1. ca. omnes fideles, Item quod Zephyri-  
nus mandauit omnes Christianos semel  
ut minimū, quotannis communicare, quē-  
admodū habet de eo Platina in vitis pōti-  
ficium, & ubique vel percipitur aut  
semel, aut bis, aut ter, aut sepius, vel  
quoti-

DE EXOMOLOGEST

quotidie consulitur communio à veteribus scriptoribus, non dubium est, quin simul præcipiatur quod decreuit Paulus i. Cor. 11; ut probet se cōmunicaturus, id est sui ipsius sit iudex, suam exactè vitam discussat, conscientiam peruideat, per compunctionem & exomologesim ementem expurget, atq; ita tandem non ex consuetudine feriae, aut solemnitatis occurrentis, sed mūdo, ac novo corde Eucharistiā percipiat, & bonę cōscientiā fiducia. Vnde Chrysost. Homil. 17. caput. 10. Heb. circa illud per singulos annos etc. quum dixisset vnam nunc esse hostiam, vnumque sacerdotium, sicut vnum Christum sacerdotem quamvis quotidie offeratur in locis varijs, & neque sibi probari eos qui in erro aut alibi semel tantum quotannis, aut post duos annos, neq; qui bis, neque qui frequenter, neque qui raro sacrificiū istud participarant, sed eos duntaxat, qui expurgata conscientia, & affectibus, siue raro, siue sepe suscipiūt, semper suscipere dixisset eos autem qui pollutis animis, neq; semel quidē eō quod iudicium, & damnationē, & suppliciū sibi accersant, quasi quadriginta dies preparatorij sint ad eam mensam, alij

HOPP

sam alij tanquam nefasti peragendi, non  
tamen inquit hæc dicens, vos veto ab vna  
in anno perceptione, sed volo vos semper  
accedere, sanctis enim hæc concessa sunt,  
id quod diaconus liquidè clamans ex lo-  
co eminentiori præconis instar suggerit,  
in ea hora sanctos vocans, & per hanc vo-  
cem quasi maculas inspiciens, & ad suam  
quenq; mentem animumque spectandum  
mittens. Sicut enim in grege vbi multæ  
sunt pecudes sanæ nonnullæ vero scabiose  
ita in Ecclesia quoq; cùm quædam oues  
sint synceræ, & integræ valetudinis, quæ-  
dam vitiatæ, per hanc vocem prohibentur  
hæc ad tremenda illa mysteria accedere,  
quia namq; sacerdos nō potest hominum  
corda penetrare, vt perlustret quos dig-  
netur nō cōmunione, hac voce admonitos  
habet vniuersos, & astringit vt ad mentē  
quisq; suā redeat, neq; eos puocat admu-  
tuā accusationē, sed ad suā quemque, non  
enim dicit si quis hunc, aut illū, sed si quis  
seipsum accusat, quando enim clamat san-  
cta sanctis, hoc dicit, si quis, nō est sanctus  
non accedat id est non solum mundus à  
peccatis, sed sanctus, sanctum autem non  
tantum mundum à peccatis verumetiam

H spiritum

DE EXOLOMO GEST

Quis san- spiritum sanctum presentem habere , &  
Etus. bonorum operum diuitem esse oportet,  
quasi dicat non solum à cœno mûdos vos  
sed etiam albos & pulchros esse volo etc.  
Cæterū de præparatione ad Eucharistiam  
percipiendam hic pertractare lôgum est,  
Atqui veteres serè consuluisse exomolo-  
gesim facere, conscientiam vero examina-  
re, & probare mandauisse, quæadmodum  
& illud si erat necesse , vt exemplis per-  
multis manifestum est apud Nicéph.lib.ii  
ca.34. & Christum et apostolum Paulum  
et posteròs omnes hucusq; persuasum est,  
et in hac probatione sui quidem , quā ceu  
necessariam ponit Paulus . Omnes inter-  
pretes Theodoret. Ambro. Primas. Hier.  
Chrysost. Theophylac. August. cœcu.v.  
Bed. Haymo. et reliquos omnes pœnitentia-  
tiam, in hac vero cum primis dolorem de-  
peccatis, tum exomologesim, et partes cœ-  
teras pœnitentiae perstrinxisse et Inno . 3.  
extra de poen. et re. Omnis vtriusq; sexus  
etc.in concil. Latera.ca.21. non tam tra-  
duxisse id quod de concione diu olim tra-  
ditum, et obseruatūm fuerat ad confessio-  
nem eadem opera facienda, quam id quod  
maiores tradiderant, et seruarant , nempe  
muniq; H pollutis

pollutis manibus et animis non percipiēt  
 dum donum cœleste, Peccata autem dī-  
 mitti per poenitentiam, hanc ipsam vero  
 complecti præter alia exomologesim et  
 absolutionem sacerdotalem explicuisse.  
 Nunc iam reliquos Orth . patres consulai-  
 mus bona( ait S. Prosper vaquit lib. Senten-  
 tiarum Augustini senten. 100.) est peccati  
 confessio et curatio subsequatur : Nam  
 quid prodest deregere plagam, et non ad-  
 hibere medicinam ? et sententia 168. iusti-  
 tiam nostram veram quidem esse docet  
 (aduersus Manicheos) attamen remissio  
 ne peccatorum potius quam virtutū per-  
 fectione constare (contra pelagianos v.  
 edicte) vnde August. circa illud Psal. 31.  
 Beati quorum remissæ sunt iniuriantes, et  
 quorū tecta sunt peccata, non si intelliga-  
 tis(inquit) quod dixit peccata coöperta  
 esse, quasi ibi sint et vivant, sed sic noluit  
 aduertere, si autem noluit aduertere, noluit  
 animaduertere quod si non huius animadued-  
 tere, noluit punire, noluit agnoscere, md-  
 luit agnoscere etc. docet dicitur et agnoscere  
 per confessionem enarrat. in Psal. 31. Hinc  
 Prosper sententia 100. Prima salus est( ait)  
 declinare peccatum. Secunda non despae-  
 lonis est

H ij rare de

Innocē-  
 tiū & non  
 inuenisse  
 aut pri-  
 mū insi-  
 tunse eō  
 fessionē  
 sed duxā  
 Christo  
 inducā  
 & à ma-  
 ioribus  
 obserua-  
 ta, ad te  
 p̄ certif  
 & modū  
 reduxisse  
 Qualis  
 nostra iu-  
 stitia.

rare de venia, nam ipse se in æternum pe-  
 nitit, qui apud misericordem iudicem ad  
 poenitentia remedia non recurrit, Peccata  
 enim siue parua, siue magna (inquit) sent.  
 zio. impunita esse non possunt, quia aut  
 homine poenitente, aut iudicante plectu-  
 tur; cessat autem vindicta diuina, si cōuer-  
 sio præcurrat humana; amat enim Deus  
 confitentibus parcere, & eos qui semet-  
 ipsos iudicant non iudicare, & senten. 240  
 apud misericordiam Dei plurimum valet  
 confessio poenitentis, quē facit peccator  
 confitendo propitium, quem negando nō  
 facit nescium. Denique cum multa libro I.  
 & 2. de vita contemplativa ad commen-  
 dationem ordinis & officij sacerdotalis  
 prescripsisset, aperte iudicium & tribunal  
 esse penes sacerdotes afferens, dicit ani-  
 mos suos & intima cordis penetralia poe-  
 nitentes quofq;, sine fuso, aut pallio, & pec-  
 cata omnia per confessionem sacerdoti-  
 bus tanquam medicis vulnera aperire de-  
 bere, alioqui fallere quidem, & euadere  
 humanum iudicium eos posse, diuinum  
 verò nō ita, ipsos aut sacerdotes dare ope-  
 rā oportere, ut quātocius Deo authore sa-  
 nitati reddantur, ne in peius dissimulata  
 curatione

curatione proficiant, & peccata tanquam  
vulnera quædam neglecta incrudecant  
& publica quidē publicè argui, si qui fer-  
ro excommunicationis à reliqua corporis  
quod est Ecclesia parte abscondi , tanquā  
putres partes reliqua infecturas. Porrò il-  
li quorum peccata humanam noticiam la-  
tent,nec ab ipsis cōfessa, nec ab alijs pub-  
licata, si ea confiteri & emendare(ait) no-  
luerunt, Deum quem habent testem , ha-  
bebunt & vltorem . Et quid eis prodest  
humanum vitare iudicium cùm, si in má-  
lo suo permanferint, ituri sunt in æternum  
Deo retribuente supplicium? Quod si ipsis  
sibi iudices fiant, et veluti lux iniquitatis  
vltores,hic in se voluntariam pœnam se-  
uerissimę animaduersionis exerceant tē-  
poralibus pœnis, mutabunt æterna suppli-  
cia et lacrymis ex vera cordis compun-  
ctione fluentibus, restinguent æterni ignis  
incendia. At hi qui in aliquo gradu Eccle-  
siastico constituti, aliquod occultè crimen  
admittunt, ipsi se vana persuasione deci-  
piunt, si eis videtur propterea communica-  
re et officium implere debere suū, quod  
homines occultatione sui criminis fallunt  
exceptis enim peccatis quę tam parua sunt.

H iij      vt ca-

Excomu-  
nicatio.  
dist. i. ca.  
porro.

Vide mihi  
disciplinae  
rigorem,

## DE EXOMOLOGESI.

Peccata  
 venialia  
 eiusmo-  
 di sunt  
 ut sine  
 eis hęc vi-  
 ta nō aga-  
 tur.  
 Quomo-  
 do & quā  
 do sacer-  
 dos debe-  
 at absti-  
 nere ab  
 altari.  
 vt caueri non possint pro quibus expian-  
 dis quotidie Deo clamamus, et dicimus,  
 dimitte nobis debita nostra etc. illa crimi-  
 na caueantur, quę publicata suos authores  
 humano faciunt damnari iudicio, qui au-  
 tém ea commiserint, et ideo prodere me-  
 ruunt, ne sententiam iusta excommunica-  
 tionis accipiant, sine causa communicant,  
 Imò verò duplicitate cōtra se iram diuinę  
 indignationis exaggerant, quod et homi-  
 nibus innocentiam fingant, et contempto  
 Dei iudiciorū abstinere se ab altari propter  
 homines erubescunt, Quapropter Deum  
 sibi facilius placabunt illi qui non humano  
 conuicti iudicio, sed vltro crimen agnos-  
 cunt, quia aut proprijs illad confessioni-  
 bus produnt, aut nescientibus alijs quales  
 occulti sunt, ipſi in se voluntarię excom-  
 municationis sententiam ferunt, et ab al-  
 tari cui ministrabant non animo sed offi-  
 cio separati, vitam suam tānquam mortuam  
 plangunt, certi quod reconciliato sibi effi-  
 cacys penitentię fructibus Deo, non so-  
 lum amissa recipiant, sed etiam ciues su-  
 pernę ciuitatis effecti, ad gaudia sempiter-  
 na perueniant, ita ibi prosper. D. Basil. post  
 multam vbiq; ordinis sacerdotalis et pō-  
 ficij præ-

ficij prædicationē, necessariū ergo est in-  
quit ijs quibus dispēlatio mysteriorū Dei  
est cōmissa, peccata cōfiteri, sic enim anti-  
quitus qui poenitebāt, apud sanctos inue-  
niūtur cōfessi. Ita enim Ioāni baptistæ po-  
puli sua peccata cōfitebātur Mat.3. Lu.3. sic  
Apostolis illi qui erāt baptizādi lib. de re-  
gula Monach. ca. 21. & Hom. de baptismo  
Christi. Euse. quoq; Cæsar. alludēs ad illud  
Act. 19. multi credētiū veniebāt cōfitentes  
& annunciatēs actus suos, cū, ait, Tiberius  
Cæsar quæ acceperat à Pilato de Christo  
retulisset ad Senatū, & hic eū noluisset au-  
dire, ipse autē perseueraret in sentētia, sine  
vlo obſtaculo, sicut lux erumpens, aut ra-  
di⁹, aut fulgor egrediēs, paret, lucetq; vſq;  
in occidētē, ita per oēs orbis angulos su-  
bitō paucorū Apostolorū & discipulo-  
rū ministratio impletū est illud Psal. 18. In  
omnē terrā exiuit sonus eorū, & à parēti-  
bus traditam superstitionem relinquentes  
plurimi mortales, sicut in messe manipu-  
li colligebantur, & vetusti poenitentes er-  
roris fideli cum confessione veniebant ad  
Christum Eccle. Hist. li. 2. ca. 2. Tertullia.  
verò cum lib. de poenit. tum lib. de patiēt.  
& lib. 2. contra Marcio. & alibi confessio-

Symmy-  
ſtæ.  
103  
zimorist  
mancus

Euange-  
liū paruo  
tempore  
paucorū  
apostola  
rū opera  
orbē vni  
uersum  
subegit.

H iiiij nem

DE EXOMOLOGEST.

Deus autem nem siue exomologesim, non nisi a Deo  
tor confessio- institutā affirmat, adeoq; confessionē pœ-  
nis facienda nitētiæ partē arbitratur, vt omnē poenitē-  
tiā cōfessionē delicti esse eō quod illa non  
nisi in delicto locū habeat opinetur lib. de  
carne Christi D. Chryso. equidē Ser. 24. de  
excludēda vitiorū memoria plurimū cō-  
mēdat peccatorū obliuionē. & quod ne in  
mētē quidā vnquā eorū venire oporteat,  
verūm non tamen tollēdam dixerim (vi-  
de mihi aliam quam hi volunt interpre-  
tationē) eorum quæ delinquimus (inquit)  
recordationem, cùm Esa. 43. commemo-  
randa peccata affueret, vt dimittantur,  
sed ita accipiendum, vt nunquam amplius  
admittantur, aut offendiculo sint, & im-  
pedimento virtuti, quomodo etiā Pynu-  
fius interpretatur apud Cass. colla. 20. ca. 9  
hūia ca- etc. alioqui nullam vitæ partē peccatorum  
pere de- recordatione vacuā esse debere, & omne  
peccato- tēpus perire quod illi officio nō impēdere  
rum ob- tur nō solū Chrys. Basil. Grego. Naz. Hier.  
hūia ca- & reliqui eius classis viri cēsuere, verum-  
pere de- etiā oēs illi olī Thebaidis nitriæ, mesopo-  
litanæ, Palestinæ Scythiæ, Syriae Ægypti,  
innumerabiles, quorū meminere Cassian.  
Chrys.

Chrysostomi discipulus, & Climachus,  
Euseb. Isaac, Effrem, Niceph. Thalassius,  
Hiero. Ruffi. Grego. Mag. Grego. Turo. et  
alij omnem hominis Christianam vitam  
atq; Philosophiam, nihil preterquam pecca-  
torum perpetuam meditatione, atq; poe-  
nitentiam, sicut Christi continuam mor-  
tis cogitationem diffiniebat, qui enim ( ait  
Germanus Monachus ) in oratione pro-  
strati ad confessionis lachrymas nos vale-  
bimus excitare per quam delictorum veniam  
cūsequi mereamur, secundū illud Dauidis  
poenitētis Psal. 6. Lauabo per singulas no-  
tes lectū meū lachrymis meis stratū meū  
rigabo. Si peccatorū nostrorū memoriam  
de nostris cordibus exuamus, quam ecōuer-  
so iubemur tenaciter custodire, dicēte dño  
& iniquitatū tuarū non recordabor, & tu  
verò memēto etc. vt est apud Cassianū col-  
la. 20. quæ est abbatis Pynuphi de poenitentia  
fine & satisfactionis iudicio ca. 6.  
& illi ab Germano propositæ quæstioni  
respondens Pynuphius dicit. ca. 7. agenti-  
bus poenitentiam non modò vtilem, sed  
necessariam quoq; peccatorum recorda-  
tionem, vt cùm iugi pectoris confusio-  
ne clamantes quisq; quoniam iniquitatem  
meam

DE EXOMOLOGESI

Similiter meam ego cognosco etc. Psal. 50. & illud  
Ori. Ho. cogitabo pro peccato meo Psal. 6. dum  
2. super pœnitentiam agimus, & adhuc vitiosorum  
Leuit. actuum recordatione mordemur, ignem  
conscientiae nostræ abortus ex confessio-  
ne culpæ lachrymarum imber extinguat,  
nam de industria exomologesis facienda  
Per mul- presbytero meminit ibidem ca. 8. enumera-  
tis modis rans enim & oraculis sacræ scripturæ asse-  
dimiti rens varios esse modos abolendorum ex-  
peccata. tinguendorumq; peccatorum, videlicet  
baptismum, Martyrium, pœnitentiam, ca-  
ritatis affectum, lachrymarum profusio-  
nem, afflictionem cordis, & corporis, vitæ  
morumque emendationem, sanctorū pre-  
ces & intercessionem, misericordia erga  
Suffragia proximum exhibitionem, cùm corpora-  
diuoru lem tum spiritualem, inter alia etiam exo-  
mologesim redeudi cum Deo in gratiam  
viam afferit, iuxta illud Psal. 31. dixi pro-  
nunciabo aduersum me iniustitiam meam  
etc. et Esa. 43. Narratu iniquitates tuas  
prius vt iustificeris. Similiter itidem con-  
fessionem peccatorum mandat Germanus,  
& Moïses abbas collat. 2. ca. 12. & 13. &  
Cassia. lib. 7. de spiritu Phylargyriæ cap. 13.  
& lib. 4. de institutis renunciantium ca. 9.  
putatq;

putatque & ita semper obseruatum testatur, ut ne minutissimæ quidem cogitationes, silentio prætereatur, sed omnia in unius versum manifestentur, cum huius saluberrimi auxiliij, id est, remissionis, & absolutionis, tum consilij querendi ergo, & nullius unquam bono, maximo verò plurimis fuisse ait malo, animi arcana occuluisse ac subtiluisse D. Basilius circa illud Psal. 32. Diligit misericordiam & iudicium. Postquam hic dispensari à Domino, sicut largam misericordiam ita demum strictum iudicium dixisset, vult (inquit) tui misereri, iudex, teq; miserationibus suis complecti, si modo post admissa, humilem te factum & contritum, & malefacta plurimū deflente inuenierit, si insuper quæ clam alijs, & in occulto perpetrasti prodideris, & confiteare fratri tuo, citra ullū pudorē etc. & exponens Titulum Psal. 37. imitatus Orige. Psal. David in recordatione, videtur mihi David(ait) inter plures egregios Psalmos delicta confessus propriè & peculiariter destinato selegisse presentem, in recordationem, ut semper eū in ore ferret, eoq; uteretur, velut antidoto animæ suæ & supplicatione, & confessione bonum Dominum placaret

scimus

DE EXOMOLOGESI 2

placaret inquiens , Domine ne in furore  
 tuo etc. vnde ibidem circa illud, Quoniam  
 iniuitates meæ supergressæ sunt caput  
 meum etc . Per hæc ait exprimit ea quæ  
 passus est, & quemadmodum ipse se casti-  
 gauerit, non vnum in se tantum accusans  
 peccatum, sed aceruatim multa, & tanta ut  
 ea nō suerit in intimo animæ recessu oc-  
 culi, vel intra corpus delitescere. sed ipsum  
 supergressa sint, adeò vt omnibus iam sint  
 manifesta, ipse igitur sui accusator primus  
 erat, in principio sermonis, & coram om-  
 nib⁹ seipsum accusat, vt & in ipso implea-  
 tur illud Iustus accusator est sui ipsius pre-  
 ueniens quemcunque hominem accusato-  
 rem, ipse quidem sese condemnauit , ora  
 verò inimicorum omnia sic oppilauit vt  
 aliud nihil reliqui iam haberet, quod ad-  
 uersus eum obijcerent, docet item nos hic  
 sermo, vt ne nostra ipsorum mala obtega-  
 mus, & ne patiamur vt quasi quoddā atra-  
 mentum , aut putrilago peccata in imum  
 animæ fundum sidant, & comprimantur,  
 quæ veluti cauterio notam inurant con-  
 sciētiæ, quæadmodum in febre quæ si intro  
 altiusue serpat, morbum validiorem facit  
 si verò in apertum se promouerit , spē re-  
 missio.

Simile

missionis tanquam iudice promittit. Et circa illud. Et gemitus meus à te non est absconditus etc. Quum prius iudicauerit in inscriptione quod utique ea sibi fuerit in recordationem, meritò reputat & reuocat ad memoriam, quæ multo antè ob peccata sibi accidissent, quorum gratia omoem quoque hanc confessionem edit (inquit) nam circa illud, Quoniam ego in flagella paratus sum etc. multi priorum peccatorum obliuione capiuntur, nullam eorū habētes rationē, imò & cōtemnētes quasi nulla de his experenda vñquam sit vltio. Et in Ho. in illud Moseos, Attende tibi ip̄si, cum & aduersis. & prosperis in rebus sanis & infirmis, & iustis & iniustis vtile id dicti declarauisset peccatori poenitenti instar antidoti applicans, attende (inquit) tibi ip̄si ut pro delicti portione hinc quoq; mutueris, & metiare valetudinis instauranda necessarium subsidium magnum est. & graue peccatum? multa opus habes confessione, lachrymis amarulentis, peracri contentione vigiliarum, indigulso & continentī ieunio. Leuis est nec intoleranda offensio? hinc quoq; exequetur poenitentia etc. Et Homil. ad baptismum

Attende  
tibi ip̄si.

cōfessio  
baptismi

seminis

tissimum, & ad pœnitentiam, nolens hæc  
procrastinari in extremam aut ætatem,  
aut valetudinem. Quid expectas (ait) be-  
nictio febris baptizari, quando nee salu-  
taria verba loqui, nec item audire poteris  
Morbo caput occupate? non manus in cœ-  
lum tollere, non in pedes erigi, non genua  
adorando flectere, non commodè doceri,  
Non securè ac liberè confiteri, non cū Deo  
conuenire, non cum aduersario decertare  
forte nec scire inter imitandum subsequi  
dubitantibus etiam præsentibus, num gra-  
tiam sentias, an sine sensu, qui agantur ac-  
cias etc. Nam de singulis quibusq; pec-  
catis agendā pœnitentia habet in brevi-  
oribus regulis interrogat. & confessionem  
culisque detinet, & negligenter olim tem-  
pore Basil publicè fieri solitam, & coram  
alios insinuat interrogat. sic. & mouens  
quaestione, seu interrogacione 229. Nun-  
quid flagitiis facta, at lecta omni vere-  
cundia enunciari apud Omnes debent, an  
apud aliquos tantummodo, & si hoc apud  
quos & cuiusmodo? Responder, in pecca-  
torum confessione candē esse ratione, quæ  
etiam in aperitione & ostensione vitiorum  
corporis habendā. & sicut hæc nequaquam  
qui-

Simile.

obnoxia  
ilq; iditCofessio  
publica.

quibusuis temerè aperiuntur sed ijs dun-  
taxat qui rationem qua curari possint  
teneant . Eodem modo exomologe-  
sim fieri debere apud eos qui mederi  
illis queant , nimirum ipsamet interpre-  
te interrogat : seu quæstion. 288 . Qui-  
bus dispensatio mysteriorum Dei , quod  
prius habitum est , credita est . Et pri-  
ma certè conuersionis momenta , & qua-  
si incunabula pœnitentiae dicit esse illud  
Psal. 31 . Iniquitatem meam cognoui ,  
& peccatum meum non abscondi , Dixi  
confitebor aduersum me iniustitiā meā  
Domino . Deinde in ijs tenarrandis mo-  
dum eū seruādū qui est Psal. 6 . similiterq;  
in alijs variis modos interrogat . 297 . Et  
in illa monasticū propositū , & rerū om-  
nium abdicationē parāq; monet , singu-  
lis diebus opera facta vespere Monachum  
secū cōmemorare , & quasi incudi reddere  
cumq; ijs quę pridie fecit studiosē cōser-  
re debere , ut ita indies magis magisq;  
in virtutum palestra promoueat vitiōrūq;  
fines excedat etc . & ser. de ascensi id est cul-  
tu , siue exercitatione monastica , cogita-  
tiones quotidianas & actiones omnes ex-  
amissim examinandas restatur . Preclarè  
verò

DE EXOMOLOGESI

Publica verò agi (inquit ser. de institutionibus Mo  
cōfelsio. ) si quis in religione vult proficere,  
si antequā somno sese det, secū exploret  
omnē cōsciētiā animiq; latebras perlustrat  
ac si quid aut verbo, aut corde, aut opere,  
culpæ in se admisit, nullo id modo subtri-  
ceat, sed in mediū audientibus cunctis cō-  
fitetur, ut per cōmūnē orationē sanetur à  
morbo, quo laborat, de modo enim uero,  
seu de partibus agens in suis æthicis siue  
moralibus pœnitentiæ, inter quas etiā cō-  
fessionem collocat, hominibus potesta-  
tem in terra dimittendi peccata à Christo  
sicut huic ipsi à patre concessam tradit.ca.  
1.2.3.4. regul. i. Et cum lib. regularū fusius  
disputatorū interrogat. 25. præpositos  
quosq; suarum admonuisset partiū, vicis-  
sim interrogat. 26. admonitos vult subdi-  
tos, si quid forte memorabile, ac graue cō-  
miser, siue cogitatione, siue dicto, siue fa-  
cto, nō celent, sed aperiant, integrerrimeq;  
declarent coram ijs fratribus quibus id ne-  
gotij incumbit, id quod etiam facit inter-  
rogat, 46. & alias satis liquidè innuit, po-  
testatem verò dimittendi peccata quæcūq;  
hominibus hactenus absolutè traditā in-  
quit, modò verè quem pœniteat sui erro-  
ris etc.

ris etc. In regulis breuioribus interrogat.  
 15. id quod fusè, ac erudite pertractat Homil. de pœnit. aduersus Nouatianos, quos  
 hac periphrasi, siue circūlocutione ferè sicut & Chrysost. & Greg. Naz. & Euthy.  
 & Theodore. & Cyril. Alexan. & Sozo.  
 & Socrat: alijq; græci, describit, abrogan-  
 tes pœnitentiam, ac peccatorum remis-  
 sionem post baptismum, quam Ecclesia  
 Catho. ante, iuxta, ac post baptismū, pro-  
 fitetur, Greg. verò ille Theologus Naz.  
 distinguens baptismatum differentias. in  
 quinque genera. Primum Mosaicum in  
 mari & nube, quod Paulo Apostolo inter-  
 perte. Cor. 10. figura tantū fuit marc,  
 aquæ, nubes, spiritus. Secundum Ioannis  
 baptisma non in aqua solum sed etiam in  
 pœnitentia. Verum enim uerò non tamē  
 in spiritu. Tertium Christi quod est per-  
 fectum in spiritu in remissionem peccato-  
 rum, vnde caro, spiritus, & homo, Deus  
 fieri possit. Quartum Martyrij & sangu-  
 nis longè reliquis venerabilius. Quintum  
 lachrimarū statuit, sed id laboriosius, qua-  
 le fuisse arbitratur illius, qui per singulas  
 noctes lauit lectū suū, & stratū lachrymis  
 Psal. 6. cuius putruerunt cicatrices etc.

Matt. 3:8  
 Acto. 19:4  
 Mat. 3:  
 Io. 1:3.  
 Acto. 1:21  
 etc.  
 Luc. 12.  
 Mat. 20:20

I Psal. 37.

DE EXOLEM OGESTA

Psal. 37. Qui imitatur conuersione Manna-  
nasse. 2. Paral. vlt. Niniuitarū Ionē. 3. publi-  
cāni Luc. 18. Cananeæ 15. inquit, id quod se-  
se quoq; promptè suscipere , & alijs im-  
partiri eiusque se largitorem adorare asse-  
rit. Contra verò Nouatum , alterū phari-  
ſum audacem , & superbū pœnitentiā  
non sufferentē, neq; planctibus præbētem  
Pocum, Dei misericordiam contumelia af-  
ficiētē, legem ferentem hominibus, su-  
pra homines ac vires humanas , despera-  
tione auferentem emendationē , nomi-  
niterenus purum, intus vero ulceribus pu-  
tidum, & incurabile introducentem pec-  
catum, avaritiam quidem secundam ido-

Avarus  
est altera  
idolatria.  
tra. 1. oī  
. 2. 1. oī  
quod Nouatus (ait) in persecutione lap-  
ſos non recipit, bene ac iuste equidem, si  
lapsos non pœnitentes, neque ego sanè  
recipio qui aut penitus non , aut minus  
digne flectuntur, quiq; sua scelera emen-  
datione non compensant, cum autem re-  
cepero competētem eis locum distribuo,  
& si lachrymis rigatos video , Noua-  
tum non imitabor, quę etenim mihi lex  
erit

erit Nouati inhumanitatis? æquale profe-  
ctò malum & dimissio sine cogitatione  
& castigatio sine venia , quandoquidem  
illa totas habenas relaxat, hęc vero nimū  
restringit etc Homil . seu Orat. in sancta  
Epiphaniarum lumina. Quomodo igitur  
non admittebat confessionem, & pecca-  
torum memoriam , & singularem apud  
presbyterum enumerationem, Nouatus?  
qui quosdam recipiebat, & absoluebat, et  
auaros poenitentes, quosdam vero, videli-  
cet lapsos in persecutione, & fornicarios,  
non item? qui nosse poterat vero Nazan-  
zenus quos absolueret iustè( nā eius verbo  
libenter utimur )quos non, si exomolo-  
gesim tollas? quibus modis nisi audita cō-  
fessione, suum cuiq; poenitenti locum de-  
signaret, & mensuram, & tempus, que quā  
exactissime olim seruata testatur omniū  
veterum monumenta? cuiusmodi donum  
est baptisma isthoc, nisi per sacramentum  
clavium, & poenitentiæ in Ecclesia insti-  
tutionem, cui promisit Dominus pecca-  
torum remissionem: in quid deniq; cum  
Nouato quasi magnarū misericordiæ di-  
uinę iniuriarū postulat, nisi quod ille quo-  
rūdam peccatorum per confessionem , et

1 ij poeniten-

DE EXOMOLOGESI

Nouatus pœnitentiam, & sacerdotū ministeria (vt  
reserua-  
tor casuū Ambrosius loquitur) concedat remissio-  
nem, nonnullorum verò vt lubebat (quæ  
vsque ad iudicium eius impudentia) nequaquam hominibus  
Dei.

sed vni Deo retinebat, ac reseruabat? Nam  
cùm multa de grandinis tempestate om-  
nia depopulante, oratione quadam con-  
solatoria dissoluisset ad populum, & alios  
in alios, aliósq; culpam à se quenq; reijce-  
re, non expectemus inquit, vt ab alijs ar-  
guamur, sed nosmetipſos perscrutemur,  
magnū malitiæ remedium confessio, &  
fuga peccati etc. & in oratione quadā alia  
se excusans quod tam diu à functione ec-  
clesiastica abstinuerat, omnes ad mentem  
venire, melioremq; frugem meditari, hor-  
tatus, lachrymas, purgationem & pœni-  
tentiam, quosq; offerre id est ni fallor, sa-  
cerdoti exomologesim facere præcipit,

Deum enim omnia quamlibet exigua sus-

7. Cor. 3.  
Lu. 21. 18  
2. Pa. vlt.

cipere inquiens, Pauli plantationē, Apol-  
lo rigationem, viduæ duos affulos, humi-  
litatem publicani, confessionem Manassæ,  
deinde paulò post insinuans uti modò,  
etiam tunc clerum calumniæ fuisse op-  
portunum, aliorumq; mortalium iniurijs  
obnoxium, vos oues ait, nolite pascere pa-  
stores

stores, neq; super terminos eorum eleue-  
 mini, satis sit vobis si recte pascamini, no-  
 lite iudicare iudices, nec legem feratis le-  
 gislatoribus , Deus enim non seditionis  
 neq; confusionis, sed ordinis est & pacis,  
 nemo igitur caput sit, qui vix manus , aut  
 pes esse possit, siue aliud quod membrum  
 honestum, sed vnuſquisq; in quo vocatus  
 est ordine perduret, licet etiam dignior  
 forte existat etc. Similiter sacerdotes, pa-  
 stores, & iudices hominum velut ouium  
 esse, non infrequens est apud eum eūdem  
 illud nimirum propter doctrinam , hoc  
 verò ob metuēdum illud tribunal, forum  
 inquam poenitētiale, vbi sacerdotes à Deo  
 constituti sunt arbitri, vt sententiā iustum  
 & æquabilem ferant super poenitentes, &  
 reos peccatores, vel condemnationis , vel  
 absolutionis: cognita ad perpendiculum  
 causa, id quod liquidissimè , si quis alias,  
 per confessionem poenitentis, sacerdoti  
 faciendæ , Theologus noster ostendit in  
 suo apologetico fieri, quo rationem red-  
 dit cur in Pontum sese contulerit subter-  
 fugiendi presbyterij ordinationē & Epis-  
 copi nempe causa. Postquam enim sacer-  
 dotis & Episcopi officium, nō solum ho-

I iij minem

DE EXOMOLOGESI.

Officiū minem omnibus virtutum numeris absolu-  
pōtificū lutum, verum etiam aliquid supra homi-  
Ars artiū nem requirere declarauisset, artium enim  
hominē omnium artem esse, & scientiam scientia-  
guberna- rum homines regere, præter alia id ferè  
re. potissimum eum ab ijs munijs, & one-  
re Episcopali deterruisse dicit, quod ho-  
mines tam sint versuti, versipelles, ac sub-  
doli & quod cùm Episcopus circa animas  
eam nauare operā debeat, quam circa cor-  
pora medicus, quantū studij oportuit im-  
pendere, vt morbus medico nudetur, tan-  
tum impensē agi, ne medicas manus quis  
experiatur, sumusque fortes ac strenui  
(inquit) aduersum nos ipsos, & industrijs  
ad hoc cauendum ne curemur, aut enim  
subdole more seruorū peccatum abscondi-  
mus & quasi passionem quandam sub-  
putridam, & malignam, in profundo ani-  
mi celamus, quasi magnum illum oculum  
intuentis omnia Dei fallere possimus, dum  
humana iudicia effugimus, vel prætextus  
comminiscimur in peccatis, & rationes  
inuenimus quibus affectibus nostris patro-  
cinemur, vel instar aspidis surdæ & obtu-  
rantis aures suas ne vocem audiat incan-  
tantium, auditum obseramus, & ne sapiē-  
tię phar-

tiæ pharmacis curemur cōtentiose resisti.  
mus, aut postremo qui audaciores & ani-  
mosiores ex nobis sunt, manifestam etiam  
impudentiam ostendunt ad peccatum &  
omnis generis iniquitatem ad eos qui il-  
li inseruūt officionudo( ut proverbio est)  
capite accurrentes etc. Idemque prorsus  
peneque ijsdem verbis docet Chrysost.  
qui hac solummodo de causa, quod onus  
suis humeris existimaret impar, guberna-  
re, & judicare animas, prouinciam Epis-  
copalem detrectarat, & in Basilium pia  
fraude coniecerat lib. 2. de sacerdotio, cūm  
siquidem Episcopos pastorū & medicorū  
instar moderēdis hominibus esse dixisset,  
illosq; tantū suis subditis virtutis, religio-  
nisq; præcellētia debere prēstare quātū ani-  
mi rationisq; vigore pastores ouibus, h̄c  
laborare ægrè humanam infirmitatē (ait)  
quod non facilē sese homini vlli prodat. Iā  
verò cum nemo scire valeat ea quæ sunt  
hominis, nisi spiritus hominis qui in illo  
est qui pharmacum adhibere morbo ei  
quis queat, cuius nequaquam speciem in-  
telligit? quum etiam v̄su veniat persepe, vt  
ne intelligere quidem medicus possit sub-  
fit nec ne morbus aliquis (inquit) tum de-

1. Cor. 2.

I iiii inde ibi

BIBLIOTHECA

DE EXOMOLOGESI.

O omni- inde ibi maximè laborandum, vbi se pro-  
bus opta- dit, & paulo infra, Quamobrè necesse est,  
dā Suadā vt Christiani quocunque morbo laborā-  
tes, sibiipsis persuadeant, sacerdotū cura-  
tionibus se subijciēdos, neq; id solum, ve-  
rumetiam ob hoc ipsum, eoque vel maxi-  
mè nomine immortalem illis habere gra-  
tiam debere etc. Secundum verò delicto-  
rum modum mulctam pensandam asti-  
mandamque affirmat, ac quasi quibusdam  
coniecturis, delinquētiū animos explo-  
randos, & vel sexcentis oculis vel argi-  
illius, opus esse ad omnem mentis habi-  
tum perquirendum, priusquam remedia  
possint commodè adhiberi etc. eademque  
plane supra retulimus oratione prima ex  
Greg. Mag. Homil. 26. circa illud Ioan. 20.  
Quorum remiseritis peccata remittuntur  
eis etc. qui Apostolos ad summam humi-  
litatem vocatos ad tantum dignitatis cul-  
men cuectos asserit, vt non solum de se se-  
curi essent, sed etiam potestatem acciperē  
relaxandi peccata, & obligationes alienas  
etc. quo sub onere cum ipse in epistola  
nuncupatoria suorū moralium ad Lean-  
drum Episc. & lib. 2. epist. 39. ex regist. in-  
dict. 10. ad Dominicū episco. Carth. suspi-  
rat, tum

rat, tum alios quosq; eodem honore, imò Heu quā  
 verius onere affectos gemere monet, & difficile  
 onus potius aī hna graui<sup>9</sup> metuere, quam est hono  
 honorem affectare, Homil.ii.lib.i.in Eze- rē apper-  
 chiel. & Hom.26.Evang. quæ citatur in tere & o-  
 in cōcil.Aquisgranensi sub Ludouico pri- nus sen-  
 mo, coacto cap. 37. & alibi crebrò. Vnde tire, tan-  
 Cyrill. patriarcha Alexand . ab omnibus tū abest  
 fidei Christianæ initiatis, sacerdotes testa- existimā  
 tur in ius coram Deo in die iudicij vocā- re.  
 dos, & Laicos quidem, pro se quemq; ra-  
 tionem reddere, sacerdotes verò quibus  
 sacerdotalia munera credita sunt, nō pro-  
 se tātum, sed etiam pro vniuersis in Chri-  
 stū credentibus etc.epist.6.ad Nestorium  
 sectatorē. Verùm hæc aliò spectat. Quod  
 verò ad sacerdotum officia iure diuino  
 pertineat excipere exomologesim pœni-  
 tentium post Baptismum, luculentissimè Septem  
 pertractat Cyrillus, secutus enim Nazian- dimiti  
 zenum varijs modis in Euangelio, sicut in peccata.  
 veteri testamento, diuersis sacrificijs & ri-  
 tibus dimitti peccata. Primò ait per bap-  
 tismum. Secundo per passionem martyrij.  
 Tertiò per eleemosynas. Quartò quando  
 nos remittimus alijs. Quintò quando quis Jacob. 5.  
 conuerterit peccatorem ab errore viæ suæ.

Sexto

D E EXOMOLOGEST

Sexto per abundantiam charitatis, sicut  
Magdalena Luc.7. & Septimò fit remissio  
licet dura, & laboriosa (inquit) per poenitentiam  
quum lauat peccator stratū suum  
lachrymis, quando non erubescit sacerdoti  
Domini indicare peccatum, & querere  
medicinam iuxta illud Psal.31. Dixi pro-  
nunciabo aduersum me etc. & illud laco.  
Si quis infirmatur vocet præsbyteros ec-  
clesiæ etc. lib.2. comment. in Leuit. & ac-  
commodans exomologesim veteris po-  
puli, sacerdoti Leuitico faciendam, huic  
nostræ sacramentali qua de agimus sedulo  
mirum est (inquit) admodum quod pec-  
cator iubetur pronunciare suum delictum  
etenim cuiusvis generis peccata pronun-  
cianda sunt, & in publicum proferenda cù-  
cta, quæ gerimus siue occulte, siue palam,  
siue verbo solum, siue tantum cogitatio-  
nibus, quid indignum admisisimus, vniuer-  
sa necessum est semel publicare, inq; me-  
dium proferre, nempe si ita præueniamus  
nequitiam diaboli, vt nostri nos accusato-  
res simus, id quod Esa. suadet dic tu ini-  
quitates tuas prior etc. 43. Quod diligenter  
executus est Dauid Psalm.31. non habebit  
post hanc vitam, quod obijciat inimicus,  
ipse

ipse enim nunc ad peccandum instigat,  
quos postea nisi eum præueniant accuset  
etc.lib.3. Similiter omnino Orige.Hom.3.  
in Leuit.Nam ministri & sacerdotes ec-  
clesiæ peccata populi tollere, & remissio-  
nem peccatorū indulgere, sicut Christum  
qui sacerdotiū in Ecclesia reliquit habet  
lib.5.& omnem illam lepram omnis gene-  
neris per sacerdotem Leuit.i nspectionem,  
capitis leprosi denudationem, immunditię  
ingenua confessionē, nihil quā apertā, &  
integram pœnitentiū exomologēsim apud  
sacerdotē nouæ legis faciendam interpre-  
tatur, quēadmodū ijsdē verbis Orige.Ho-  
mil.8.in Leuit.& Procopius Gaza, & Eu-  
cherius Lugdunen.& Hesychius presby-  
ter,& sicut in curatis corporū vulneribus  
cicatrices interdum remanēt, ita in anima  
nonnunquam dimisso peccato desiderari  
quid népe satisfactionis expiationes afferit  
etc.lib.8. Et quemadmodū olim in veteri  
lege, contra adulterū, & adulterā sacerdo-  
tes mortis ferebant sententiā, ita nūc pe-  
catores sacerdotale iudiciū subire oportet  
re, pro suscipienda pœnitentia testatur li.  
ii. Ita enim circa illud Ioannis 20. Sicut  
misit me pater & ego mitto vos colligit  
Christus

DE EXONILOGESI

Christus missus est ad vocandos iustificandosq; peccator es, ergo Apostolorum quoque partes sunt ut omnes ad poenitentiam incitent, ut que current cum corpora, cum animas lib. 12. comment. in Ioan. cap. 55. & cum solius Dei esse, inquit, peccata dimittere & prævaricatores legis solius legislatoris à peccato liberare, sicut in humanis rebus videre est, crimen Iesæ maiestatis non nisi maiestatem ignoroscere, diuinæ (inquit) naturæ dignitatem & potestatem discipulis est largitus. quando spiritum sanctum aspirauit, qui per eos aut donat, aut retinet peccata, duobus potissimum modis, vel per baptismum, vel per poenitentiam etc. cap. 56. ibidem. Denique insinuans idem fere olim negotium Novatianos exhibuisse Ecclesiæ Catholicae, quod modo nonnulli facessunt, dicit eos pro suo ipsorum rigore, atque severitate aut post baptismum lapsis, non patere penitus ullum poenitentiæ locum voluisse aut si quis certe, post semel suscepitam poenitentiā in eadem peccata incidisset, huic denuò beneficium absolutionis & remissionis peccatorum haudquam impariendum, eò quod facilem indulgentiam, ansam

ansam licentius agendi, & Dei dona vilia  
 æstimedi præbere putarent. Verū id vitio  
 vertendum(ait)nō on munifico benignoq;  
 Domino, sed ijs e p̄i bonis malè vtuntur,  
 probatque cum v̄eteris; tum noui instru-  
 menti exemplis, & secundam. & tertiam,  
 & quartam & sic deinceps quotiescunque  
 delictum est, poenitentiæ rationem ineun-  
 dam, & peccatorum remissionem speran-  
 dam etc.lib.5.tractans illud Ioannis g. Va-  
 de & iam amplius noli peccare. Nam hāc  
 poenitentiam includere ex omologisim,  
 omniūque peccatorū, si fieri potest, atque  
 in mentem venit enumerationem , hanc  
 vero subijci censuræ, & arbitrio, seu pote-  
 testati sacerdotali, quæ pari iure à Christo  
 sacerdotibus collata est, ad dinittenda,  
 iuxta ac retinenda peccata ex supra dictis  
 liquet. Hilarius porrò circa illud Ps. il . 135.  
 Confitemini Domino quoniam b. onus,  
 cum duplicem confessionis speciem diui-  
 næ scilicet laudis, seu gratiarum actio nis,  
 & peccatorum, vt sæpe alias, commen- da-  
 uisset, ceu necessariam, spiritum sanctū, ad  
 id hortari affirmat oraculis varijs Proue r.  
 18. Esa.43. peccata semper esse confitend.  
 non quod semper peccandum sit, vt sem-  
 per sic

Perpetuus  
pœnitentia pate-  
re locum

Id ē ius illi  
gādi atq;  
soluēdi.

Cōfessio  
boni &  
mali illi  
quod à  
Deo acce  
pimus &  
huius  
quod  
rependi-  
mus.

DE EXOMOLOGESI

Cōfessio  
peccati  
est virtu  
tis pro  
fessio. pér sit cōfitēdū, sed quia peccati veteris et  
antiqui vtilis sit indefessiā cōfessio confes  
sionem enim erroris professionē esse de  
finendi, & ob id peccati confessionē cēptā  
fieri, nō quod declaremus Deo quod nef  
ciat, sed ea quæ mala iam cognouimus de  
testari, & ab ijs definere vēimus, & Pau  
lumi. Cor. 15. non sum dignus vocari apo  
stolus etc. iustitiam prēsentem, ex præte  
ritōrum conscientia & confessione com  
mendare, & circa illud Psal. 137. Confe  
bor tibi Domine etc. Cum hanc duplicem  
confessionem, cum in veteri tum in noua  
lege affirmariisset vſitatam fuisse, veræ ex  
omologios, seu confessionis rationē de  
clarans, maxima autem & vtilissima est  
(ibquit) latålum vitiorum morbis in eo  
rum confessione medicina neque confes  
sio peccati est tanquam rerum alijs igno  
ratarum professio, vt si fur de furto, aut  
homicida de cede interrogatus confitea  
tur. Neque eo exigit Deus tuam confes  
sionem, quasi ignorans, tuaque confessio  
ne indigens, qui scrutatur corda & renes,  
Psalm. 7. cuiq; promptum est, non solum cogitata  
Iere 17. Rom 8. Apoc. 2. Amos 9. sed etiam cogitanda perspicere, verū cō  
fessio peccati ea est, vt id quod à te gestum  
est per

est per cognitionē peccati confitearis esse peccatum. Et post pauca, Nullus autem id quod confessus est peccati esse , deinceps admittere debet , quia confessio peccati, professio est desinendi, & dein confessio-  
nē integrā esse debere , & per peccatorū species distinctam, insinuans desinendum ergo à peccatis est (ait) postquā in confu-  
sione est cognitio peccati, & confitendum est, ut propheta docuit corde toto nō par-  
te, neque aliqua adhuc nobiscum cognito-  
rū peccatorū operatione residente. Quid enim si quis de furto pœnitens ini quis &  
turpibus lucris pecuniā suā auxerit ? Non erit quidem fur sed erit avarus & raptor,  
aut si quis ex fornicatione desinens vino  
se nimio corrūpat, corpūs quidē suū non polluet , sed animam contaminabit , & si quis à cædibus temperans maledicus esse persistet, manū quidem homicidā non habebit, sed linguam habebit, & quomo-  
do quis ex toto corde poterit cōfiteri, vel exigua peccati parte residēte? detersis itaq;  
omnibus vitijs, confessione opus est desi-  
nendi , Et orandum semper ad Deum est,  
ut in cohibēdis peccatis , extinguendisq;  
incentiis eorū, pendula volūtatis nostræ

Ratio cō  
fessionisCōfessio  
nis tenor1719.2  
cōfessionisPsalm. 9.  
etc.Confes-  
sio debeat  
fieri ex  
integro  
non ex  
parte.

studia

483.194

DE EXOMOLOGESI

Studia confirmet, ob quod iam confitens  
propheta, per cōfessionem , ac precē suam  
in portu se innocentiae collocat etc. Et ne  
aliter interpretetur cōfessionem , quā tā-  
copere vbiq; à Christianis exigit , quam  
apud sacerdotes, quibus dimittendi , reti-  
nendique peccata facultas delegata est, fa-  
ciendam, tractans illam Petri de Christo  
**S. Petri** confessionē Mat. 16. Tu es Christus filius  
**primatus** Dei viui, et premiū huic cōfessioni Chri-  
stianę à Christo destinatū, & in nūcupatio-  
ne noui nominis felix Ecclesiæ fundamē-  
tū (inquit) dignaq; ædificatione illius pe-  
ra, quę infernas leges, & tartari portas, &  
oīa mortis claustra dissolueret . O beatus  
cœli ianitor, cuius arbitrio claves eterni a-  
ditu stradūtur, cui⁹ terrestre iudiciū preju-  
dicata autoritas sit in cœlo, vt quę in ter-  
ris aut ligata sint, aut soluta statuti eiusdem  
conditionem obtineant, et in cœlo lib. cō-  
ment. in Mat. can. 16. Et absolutionē pec-  
catorum ab Apostolis, quorum nunc lo-  
cum Episcopi atque presbyteri occupant,  
non temerē , neq; indifferenter quibusuis  
peccatoribus et ab Ecclesia impartiri de-  
dere, circa illud Mat. 18. Quod si pecca-  
uerit in te frater tuus etc. Et immobile se-  
uerita-

ueritatis Apostolicæ iudicium ostendens,  
 vt quos in terris ligauerit id est peccatorū  
 nodis innexos reliquerint, & quos solue-  
 rint, id est in salutē receperint hi Aposto-  
 licæ cōditione sententiæ in cœlis quoque  
 aut soluti sint, aut ligati, nullos absoluēdos  
 aperte monet, nisi previa confessione illis  
 videlicet facienda à quibus absoluendi sunt  
 & de illis in speciali peccatis, quorum à se-  
 de Apostolica flagitant remissionem. Et  
 Procop. Gaza. Sophist. in comment. super  
 numer. 5. cuiuscunque viri vxor, transgres-  
 sionis rea fuerit, tradit nullis tenebris nul-  
 lisque inuolucris celanda peccata, sed sicut  
 in lepra, & seminis effusione alijsq; im- A simili-  
munditijs carnis, ita animi sordes publica  
bus.  
 confessione detegendas, ne dū huianum  
 iudicium latere volumus, diuinum accer-  
 samus. Et in comment. super Exod. Cūm  
 vnguēdi et thymiamatis sacerdotalis me-  
 minisset, eiusque tēperaturā, hoc thymia-  
 ma confidere, riteque temperare affir-  
 mat, illum qui intercedente confessio-  
 ne se exonerauerit præteriorum pecca-  
 torum squalore, idq; minutim concidere,  
 qui pro nullis terrenis Deum precibus,  
 & singulatim peccata nostra confiten-

K da. Et

DE EXOLOMO GESI.

da. Et circa illud Genes.3. Vocem tuam  
audiui in horto & extimui etc . Deum ab  
Adam nihil quam confessionem , & ex-  
omologesim elicere voluisse, & poenitu-  
dinem,hominibus verò ita comparatum  
esse, vt semper aliquid comminiscantur  
excusationis, vel defensionis , quod suis  
prætendant culpis.Eademq; habet Chys.  
Homil.16.in Genes.& Ambro.lib. de pa-  
radiso ca.14.& Augu.super Genes. habes  
igitur & culpæ abiolutionem in confes-  
sione,sententiæque in executione ait Am-  
A defini-  
tione.bro.lib.de institu.virgi.ca.4. Quid enim  
ait Grego.papa est peccatorum confessio,  
nisi quedam vulnerum ruptio?quia pecca-  
ti virus salubriter aperitur in confessione,  
quod pestiferè latebat in mente. Vulnera  
enim cutis in superficiē trahūt humorem  
putredinis.Et peccata cōfitēdo,quid aliud  
agimus,nisi malū quod in nobis latebat ap-  
erimus?Ho.40.super Euāge.Lu.16.& cir-  
ca illā cōfessionē Ionathæ 1.Re.14. de mā-  
ducato melle,dicit confessionē ita debere  
integrā atq; ingenuā esse,vt neq; quæ ma-  
gna sunt peccata , quoquo modo verbis  
minuantur & cū peccatum per confessio-  
nem sit prodendum,non tamen item mē-  
dacio

dacio esse augmentandum , sed tale prorsus in confessione esse debere , quale fuit in opere deinde etiam ipsa peccata per confessionem , & poenitentiam deleta , quasi nono deleta semper ob oculos versanda li.5. in 1. Reg. Et circa illud Iob.13. Veruntamē vias meas in cōspectu eius arguā, tractans simul illud 1. Cov.ii. Si nos metipso iudicarēmus non vtiq; diiudicaremūr. vnde eleēti quiq; (ait) suis culpis nunquā sciūt parcer, nisi vt possint culparū iudicē placatū inuenire, & verē cum post salutarem experiantur, quem modo districtē metuunt. Nam qui sibi nūc in culpis parcit, ei postmodum in poena non parcitur lib.ii. moralium ca.17. & circa illud Iob.31. Si abscondi quasi homo peccata mea, hæc esse veræ humilitatis testimonia dicit , & iniquitatem suam quemque agnoscere , & cognitam voce aperire. At contra usitatum humani generis vitium esse, & latendo peccatum committere & commissum negando abscondere, & conuictum defendendo multiplicare, et primos parentes, si fuissent suum confessi peccatum veniam consecutos fuisse testatur lib.22. Moral.ca. 9. citansque illud Iacobi 5. Confitemini alterum

Humilis  
animi hy  
potype  
sis.

K ij trum

D E H E X O L O M O G E S I

trum peccata vestra , & illud Prover. 28.  
Qui abscondit scelera sua non dirigetur,  
& Proverb. 18. Iustus in principio est ac-  
cusator sui , apertissimè indicat omnium  
quamlibet occultorum peccatorum, con-  
fessionem apud sacerdotem faciendā esse  
ibidem cap. 10. circa illud . Et si celaui in  
sinu meo iniquitatem meam, id quod pa-  
lam facit Homil. 26. Similiter illum locum  
Job explicat, Hier. . & videtur ei hic Job  
locutus, de peccatis , quæ cogitationibus  
tantum committuntur, quod nec illa qui-  
dem, vir humilis celare voluerit, hoc enim  
(inquit Greg. Mag.) est quod Dauid Psal. 31  
pronunciat, dixi confitebor aduersum me  
iniustitiam meam Domino , aduersum se  
enim confiteri eū, qui omnino confitetur  
quod aperit, qui in peccati confessione si-  
bi non parcit, sed quicquid peccauit , non  
Deo, non fortunæ, non diabolo, non con-  
stellationibus, sed sibi imputat( ait) inqve  
eo se euasurum credit, si sibi iratus se sine  
moderatione accusat. Vide autem indul-  
gentiæ, & misericordiæ diuinæ velocitatē  
& commendationem , nam confitendi  
quoq; desiderium , comitatur venia , &  
antequam ad cruciatum perueniat pœni-  
tentia,

tentia, antequam confessio in vocem erupat, remissio ad cor penetrat, super 2. Psal. poenitentia. Et quidem de exomologesi, siue confessione sacerdoti facienda, eiusque sigillo, habet Simeon Metaphrast. (cuius meminit Nicepho. lib. 14. cap. 51. Eccles. Hist.) in vita D. Basil. Episcopi & in vita Adumani serui Dei, & in vita Chudberchti Episcopi To. 2. Et in vita Eugenij & Cypriani Episcoporum, & in vita Maelachiæ Episcopi, & in vita D. Ambrosij Episc. mediola. To. 1. alijsq; locis penè innumeris, nam cum quædam mulier gravissimum quoddam peccatum erubesceret confiteri, & postremò accedens D. Ioannem patriarcham Alexand. cognomento eleemosynarium, diceret se sibi quidem pessimè deliquisse, nulli verò unquam mortali potuisse confiteri, & cum ille ut vel scripto libello poenitentiae peccatum, sibi charitatis mandatum tradi efflagitaret idq; illa fecisset, & elapsis diebus aliquot vir Dei vita defunctus esset, sepultus inter duos Episcopos medius, corporibus eorum palam coram omnibus ei loco velut cedentibus, veniens illa prostrauit se ad monumentum lachrymis aspergens, & genui-

K, iij tu, sus-

DE EXOMOLOGESI.

tu, suspirijsque omnia complens, veritate fortè schedula in cuiusquā manus deveneret, adorans autē & inuocans D. Ioan. non destitit, donec ipse vnā cum alijs apparens Episcopis schedulam restituens, declararet dimissum esse peccatū, quemadmodum est apud eundem Metaphrast. T. o. 5. Nouemb. 12. & varijs multisq; diu olim signis probatū est, atq; prodigijs, sine absolutione, neminē hinc esse dimittendū nihilq; penit<sup>9</sup> reticēdū, sed peccata omnia quātūlibet arcana ingenua cōfessione sacerdoti, vicario Dei aperiēda ad Deū demerendū, & salutē promerēdā, id quod liquet apud D. Petru cluniacēsem li. i. de miraculis ca. 4. 6. 5. Nā & Cyrill. quispiam refert quēdam in vita delectatū ludis etc. postea dānatū, eo quod arrepta pœnitentia frēsus, dissimulasset cōfessionē vt ait Aug. T. o. 2. epist. 2 C 6. quæ est Cyr. ad Aug. quāvis aliud appareat censoribus quibusdam, qui plura cēsent quā est necesse. Quid Bernardū mellifluū illū memorē, qui nusquam pene nō pœnitētię, et exomologeseos meminit sacerdoti, post exactē discussam cōscientiā, secundū Deū faciēdē particulatim? de hac enī latissimē differit li. de domo interiore

teriore ca. 17. 18. et sequētibus et de modo  
bene viuēdi ad sororēca. 27. et sequentibus  
tractāsq; illud Matt. 5. beati mundo corde  
etc. Cor et cōsciētiā mūdari existimat, per  
institutū à Deo népe remediū cōfessionis,  
oīa siquidē in cōfessione lauari etc. et li. de  
gradib<sup>9</sup> humilitatis ac superbię nouū su-  
perbię gradum affirmat esse simulatam  
cōfessionē etc. Et Ser. 16. in cāt. astruit tres  
conditiones verę confessionis esse, quod  
humilis, quod pura , quodque fidelis esse  
debeat, et epist. 113. ad Sophiam virginem  
nobilem meditantem religionem, expli-  
cans illud, Confessionem et decorem in-  
duisti Psal. 103. et illud Confessio et pul-  
chritudo in conspectu eius Psalm. 95. dicit  
omnia peccata per cōfessionem lauari, bo-  
na autem Deo per confessionem commē-  
dari, per eam impium iustificari, per hanc  
iustum magis purgari, per illam decedere  
peccatis non parum , per hanc virtutibus  
accedere etc. Et quodam tractatu descri-  
bens septem gradus confessionis faciendæ  
primum collocat in sui cognitione, secun-  
dum oraculū illud delphicum, nosce teip-  
sum, vt cognoscat homo quid fecit, quid-  
merit, quid amisit. Secundum verò in poe-  
nitudine

Quod di-  
ctū illi vi-  
to fami-  
liare fuit

Quibus  
numeris  
constet  
cōfessio-

Gradus  
cōfessio-  
nis facie-  
dē.

DE EXOMOLOGEST.

sib bono  
lym dñ  
studi et  
pudicid

nitidine, qua piget quem, quod innocen-  
tiam amisit, amissam non requisiuit, Dei  
patientiam neglexit, quos duos gradus,  
ita inuicem coniunctos opinatur ut cog-  
noscere se neminem posse, nisi pœnitentia,  
neminem sui penitere, sui ignarum arbri-  
tretur. Tertium facit dolorem, id est, ni-  
fallor externam compunctionem, que in  
sensibus sedem habet, estq; illius effectus.  
Quartum oris confessionem veram, nu-  
dam, propriam, inquam, Quintum carnis  
macerationem. Septum operis correctio-  
nem, Septimum perseveratiam etc. & Ser.  
quodam parœnetico ad milites tēpli quos  
tanto prosequebatur affectu quanto eos  
pro focis, aris, diuisq; laribus, fortius (vt sic  
loquar) domi militiaeq; stare, & dimicare  
videbat ca. 12. cum diu multumque predi-  
casset, vtriusq; generis confessionis, hoc  
est malorum, atq; bonorum, siue pecca-  
torum & gratarum actionis utilitatem et  
necessitatem, tandem hortatur ministros  
verbi Dei, vt ita sua verba moderetur &  
corda peccatorum timore, & dolore per-  
fecti cōciona-  
toris par-  
tes. cellant, vt à confessione non absterreant,  
si corda aperiant, vt ora non obstruat, sed  
nec sic absoluant etiam compunctionum, ni-  
si prius

Si prius confessum iuxta illud Rom. 10. Cor-  
 de creditur ad iustitiam, ore autem fit cō-  
 fessio ad salutem & in speculo Monach,  
 instituit ita monachum, ut singulis diebus  
 post completorium, secum capitulum (ut  
 illius verbis vtar) teneat, & cōuocatis co-  
 gitationibus rationē ineat, omnium ver-  
 borum, operum, ac cogitationum, postri-  
 die quidem de apertis, ac publicis, pub-  
 licam & manifestam, de occultis vero  
 occultam facturus confessionem, volun-  
 tariam, inquam, nudam, & mundam etc.  
 & cūm in suis meditationibus plurimum  
 opera & nauandum dixisset expurgandis  
 affectibus animiq; motibus componendis  
 cap. 7. & sequentibus de crebra agit con-  
 fessione, integrē facienda, & in suis senten-  
 tijs ethicis, siue moralibus quatuor impe-  
 dire confessionem dicit, pudorem videli-  
 cet, timorem, spem, desperationē, id quod  
 pulchrē declarat, denique quid molitur  
 aliud apud Eugenium papam cūm in li-  
 bris de consideratum per frequentes  
 epistolas 2,7. 2,8. & cæteras illi destinatas,  
 nisi quod meminisse eum velit cuius se-  
 dem ac locum occupet, iudicem se cogi-  
 tet esse animarum, regni cœlestis ianito-  
 rem,

1540  
 1541  
 1542

1543  
 1544  
 1545

Hanc ci-  
 cuta bi-  
 bisse cō-  
 plures cō-  
 fessionia  
 grāteos  
 compre-  
 tum est.

DE EXOMOLOGEST

rem aliaque eiusmodi , nam peccatorum  
conscientias,in hoc forum,& ius pontifi-  
cium à Deo citari,& ab hoc foro nullam  
esse,quæcumque hic sunt definita in cœlo  
quoq; non semel alibi cōmemorat, adeoq;  
sententiam Petri, ex illo inauctioramento  
Mat.16. Quodcumque ligaueris super ter-  
ram etc. afferit sententiam cœli, atque cen-  
suram præcedere Ser.1.in fest. Petri & Pau-  
li,id quod est apud Hilar.can. 16. in Mat.  
illam huic præjudicare. Et ne hāc clauis  
œconomiam Euangeliū duntaxat dispen-  
sationem particularem , seu specialem ex-  
istimemus D.Ambro.Serm.66, in natal.  
Clauis Pet. & Pauli . Sicut & Bernard . & alij di-  
æquiuo-  
catio. stinguētes Euangeliū denunciationē ab hac  
functione, Diuo Paulo quidem Magiste-  
riū Ecclesiasticæ institutionis , Sancto ve-  
ro Petro ministerium, seu dispenstationem  
regni cœlestis creditū, id est vni scientiæ  
alteri potentiæ clauem aiunt cōmissam, ut  
quorum corda ait Ambro. Paulus erudi-  
ret ad salutem , Petrus susciperet ad quie-  
tem , quorumcunq; ille animos aperiret  
regna cœlorum etc. debet equidem fides  
seu religio , seu Euangeliū proponi, vn-  
de sicut & legere. & quotidie cernere est;  
qui-

quidam cōpuncti obediunt Euangelio,  
 quidam non, sed oportet præcedere exo-  
 mologesim, cum in rudibus baptizandis  
 tum in baptizatis lapsis, & in his quidem  
 tanto amplius, quanto magis peccatis ob-  
 noxijs, quantoque sunt grauiora peccata  
 post baptismum, & Dei cognitionē admissa  
 ijs, quæ ignorātia fidei sunt perpetrata, an-  
 tequā sequatur peccatorū remissio, quē  
 admodū post Hilariū in Psal. 137. vt habi-  
 tū est prius tradit Isido. Hispal. lib. 6. Ety-  
 molo cap. 19. & extra veniā, & expers re-  
 missionis est (inquit) qui peccatū cogni-  
 tū non confitetur & concludens, exomo-  
 logesis itaque (ait) prosterñendi & humili-  
 ficandi hominis disciplina est, in habitu  
 atque victu in sacco, & cinere, cubare, cor-  
 pus sordibus conficere, animū mæroribus  
 deijcere, illa quæ peccauit, tristi tractatio-  
 ne mutare etc. & libro 2. summo bono ca-  
 13. cōplura eodē ferē modo tradit de con-  
 fessione, et pœnitentia, et non citò haudq;  
 temerē, securitatē pœnitentibus sponden-  
 dā arbitratur, cumque multis capitibus se-  
 quent. itidē de peccati detestatione, atque  
 odio, disputasset, commēdat cap. 24. plu-  
 rimū peccatorum perpetuam recorda-  
 tionem

DE EXOMOLOGESI

tionem, & in epistola ad Missanum Epis.  
copum, alias Masonem, canonū veterum  
dirimēs cōtrouersiam ( quidam enim de-  
cernebant neminem lapsum ad pristinum  
gradum per pœnitentiam restituendum,  
alij verò negabāt) eos & dignitati & mu-  
neri, pristinis, reddi posse iudicat, quos  
pœnitentiæ satisfactio, vel cōdigna pecca-  
torum confessio commendat, & habetur  
distinct. 50.ca. Domino. Similiter Ambr.  
quoque lib. de paradiso, non posse quen-  
quam iustificari à peccatis nisi confessum  
asseuerat, & lib. 5. epist. 18. ad Horatianum,  
vt sine ea, remissionem illam de qua Psal.  
31, beati quorum remissæ sunt iniquitates  
etc. nemini mortalium arbitretur contin-  
gere, sed confitentibus nobis lapsus no-  
stros, & obumbrantibus eos bonæ opera-  
tionis fructu, Deum transferre iniquitates  
& regerere in earum authorem & incen-  
torem, nobisque remittere. Eodemq; mo-  
do exponēs illud, quorum tecta sunt pec-  
cata, adeo ( inquit ) tollit, vt penitus non  
sint. Item li. 2. de Cain & Abel, confessio-  
nis, & pœnitentiæ magna habet Encomia  
ingentemque, quemadmodum & Augu.  
pœnitentiæ portionem existimat confes-  
sionis

sonis verecūdiam etc.ca.7. & 9.id quod probat per poenitentiam & exomologem Dauidicam, in Dauidis Apologia ca. 4.5.6. & commendat Dauidē, quod vnum peccatum toties agnoscat, reuoluat, confiteatur, incusatque nos teporis, & negligētiæ qui vix semel paucis perstringere in confessione peccata nostra dignemur ca.8 Quicquid enim agebat, nunquam eū suorum peccatorum ( ait ) coepisse obliuia ca.9. etiamque inter iustum, & impiū ponit differentiam, quod ille sui semper accusator sit iuxta illud Proverb. 18. hic autem excusator, cumq; alioqui dicat Apostolus Rom.ii. sine poenitentia esse dona & vocationem Dei, etiam in baptismo dñi nomen dicit, ad significandum, tametsi non sit necesse ibi peccata confiteri, eum qui baptizandus est, eo ipso tamen exomologem, seu confessionē facere, quod baptismum petat, ut iustificetur, hoc est à culpa ad gratiam transeat li.3. de sacramēt. ca.2. & lib.1. epistola 3. ad Simplicianū cōqueritur homines tā aegrē cogi posse aut inuitari ad poenitentiam, & confessionem peccatorum, pr̄sertim quum venialibus sit culpa ( ait lib. de paradiſo cap.14. ) quam sequitur

DE EXOMOLOGESI

Qui con- sequitur professio delictorum, & lib. 2. de-  
fitetur poenitentia, cum peccatorum memoriam  
crimen tanquam probrum nobis, nos semper ob-  
eleuat et minuit. ijcerē debere dixisset, & Deum sua sacra-  
De poen. menta poenitentibus polliceri, vides (in-  
dist. 1. Ser- quit) qua remissionis pollicitatione, te  
pens. prouocet Deus ad confitendū ca. 6. eū si-  
quidem Ambrosium vbi cunque confes-  
sionis facienda meminit, ea de agere, quæ  
primum Deo in corde contrito, & humiliato,  
dein sacerdoti fit, luce clarius de-  
clarat meridiana, in duobus lib. de poenit.  
aduersus Nouati  
hæresis.

Nouati  
hæresis.

aduersus Nouatianos, quos indicere pœ-  
nitentiam, quam nunquam relaxent, eūq;  
qui quocunque modo prævaricationis, sit  
lapsus, in perpetuum, cœlestibus mysterijs  
ac communione abdicandū, abercendūq;  
censere inquit, quum & Christus, omnia  
peccata nullo excepto crimine donarit, et  
Apostolis sine distinctione, restrictione,  
aut reseruatione, omnia donandi copiā fe-  
cerit etc. ait lib. 1. cap. 1. & 2. etc. Quis enim  
ita stolidè sapiat, ut cū tantopere hic cla-  
met passim necessariam esse peccatorum  
confessionem, sacerdotes autem duntaxat  
remittendorum, retinendorumq; habere  
authoritatem, alij confessionem faciédam  
existi-

existimare putet, præterquam sacerdoti<sup>s</sup> toties namque, meminisse confessionis, totiesq; absolutionis, & hanc quidem esse penes sacerdotes, illam autem à pœnitente faciendam. & quidem in Ecclesia & cœtu fidelium, non autem velle intelligere, apud sacerdotem, cui eius rei cura concreta est, fieri oportere, prorsus hominis est (si tamen satis hominis) aut minus sobrij aut impudentis, & plusquam necesse est, improbi, proprium quippe cuiq; suū peccatum sponte agnoscendum, & confitendum, atque ita cum Dominum præueniendum, ne non confessos damnet, tum diabolum, ne non confessos accuset, palā contestatur lib.2. de pœnit. capite 5. neque tamen ita confitemur Domino (ait) quasi ignoranti, verūm quia ipse expectat vocem tuā nō vt puniat, sed vt ignoscat, non vult vt insultet tibi diabolus, & celantem peccata arguat etc. Nam quantum ad rationem sacramenti, perinde est, siue confessio secreta, siue publica sit (vt plurimorū fert opinio) modo sacerdoti fiat Christi vicario, & legationē hac in parte pro Christo obeunti, non verò Deo priuatim soli, & ciusmodi certè exomologesim di-

Ratio cōfessionis

uo Am-

DE EXOMOLOGESI

uo Ambrosio, probata fuisse, locupletissimus testis est, Paulinus utpote eius æqualis, & familiaris, describens enim eius vitā, post multas predicationes, & laudes singulares, erat (inquit) gaudens cū gaudientibus, & flens cū flentibus, quotiescūq; verò illi quispiā, ob percipiendā pœnitentiā lapsus suos confiteretur, ita flebat, vt & illū flere cōpelleret, & videbatur sibi ipse cum iacente iacere, causas autē criminalem. nū, quas illi confitebantur, nulli nisi Dominō soli, apud quē intercedebat, loquebatur, bonū relinquēs exēplū, posteris sacerdotibus, vt intercessores apud Deum magis sint, quām apud homines accusatores, nā & secundū Apostolū 2. Cor. 2. circa eiusmodi hominē cōfirmando charitas est quia ipse fui est, accusator, nec expectat accusatorē, sed præuenit, vt confitēdō suum eleuet ipse delictum, nec reliquū sit, quod aduersarius criminetur, & post pauca, indoluisse, et defleuisse Ambrosiū refert piorū, ac sanctorū sacerdotū mortē, eo potissimum nomine, quod raro esse eos extimaret, qui rectē sacerdotalibus munījs fungerentur. Et D. Leo Papa post August. Hilarij sectator, Ecclesiasticam regulā super pœni-

pœnitentium statu confitetur misericordiam Dei, non modò per baptismum, verum etiam per pœnitentiæ medicinam, et lapsibus humanis subuenire, & spem vitæ æternæ reparare, ut qui regenerationis dominum violauissent, proprio se iudicio condemnantes, ad remissionem criminū peruenirent, sic diuinæ bonitatis præsidijs ordinatis, ut indulgētia Dei, nisi supplicatiōnibus sacerdotum nequeat obtineri, mediator enim Dei & hominū homo Christus Iesus, hanc præpositis Ecclesiæ tradidit (inquit) proprietatem, ut & confitentiis satisfactionem pœnitentiæ darent, & eosdem salubrī satisfactione purgatos, ad communionem sacramentorum, per ianuam reconciliationis admitterent: cui vtiq; operi incessabili ipse salvator, interuenit, nec unquam ab his abest, quę ministris suis exequenda commisit, dicens, Ecce ego vobiscum sum, omnibus diebus etc. Mat. 28. & declarat quam sit periculōsum perniciosumque, absque sacerdotali reconciliatione, & absolutione, & pœnitentiæ satisfactione, & sacramētorum communione, ex hac vita migrare, Episto. 91. ad Theodorum foroliuiensem Episco. &

L habetur

DE EXOMOLOGESI

habetur de poenit. distinct. i.ca. multiplex  
& de exomologesi item sacerdoti facien-  
da in aurem , atque secreto , quodque ea  
sufficiat, neque sit necessaria pro absolu-  
tione,& remissione publica è libellis , vt  
perperam quidam factitabant , recitatio,  
habet epist. 80, ad Episcopos vniuersos,  
per campaniam,samnum, picenum, con-  
stitutos,& est de poenitentia distinct. i.ca.  
sufficit,& ca. Quamuis,neq; secus accipiē-  
dum est, illud quod dicit Ser.2.anniuersa-  
rio sūæ assumptionis ad munus pontifi-  
cium,& alias non raro , Petrum appella-  
tum petram,fundamentum, regni cœlo-  
rum ianitorem, languidorum , & soluen-  
dorum peccatorum arbitrum: mansuram  
etiam in cœlis,eius iudiciorum,atque sen-  
tentiarum definitionem,vt hinc noscere-  
mus, Christi cum illo , & illius cū Chri-  
sto necessitudinem, & societatem , quam  
quod Christi autoritate prædictus Petrus  
audita peccatorum varietate, suo arbitrio  
aut soluat,aut liget,nam de Pontifícia istac  
dignitate ligādi soluēdiq; , & Petri hac in  
re prærogatiua,præuilegio atq; primatu,  
nemo penè veterum, copiosius differuit,  
Manet ergo(inquit Serm. 3.in anniuersa-  
rio suo)

De pri-  
matu Pe-  
tri.

rio suo) Petri priuilegium, vbi cunq; ex ip-  
suis æquitate fertur iudicium , nec nimia  
est, vel seueritas, vel remissio vbi nihil erit  
ligatum, nihil solutum, nisi quod B. Petrus  
aut soluerit, aut ligauerit . Quod profectò  
non diceret nisi confessionem peccato-  
rum singularem apud sacerdotem facien-  
dam putaret necessariā, nimiam enim se-  
ueritatem (quemadmodum diximus) ex-  
ercebant Nouatiani , lapsos omnes post  
baptismum ligantes, nunquamque solue-  
tes, nimium verò remissi erant, aduersus  
quos sæpe agebat Cyprianus , qui omnes  
passim cōtra Canonum decreta soluebāt.  
Doctissimus, iuxta ac religiosissimus Pa-  
cianus Barcilonensis episco . exomologe-  
seos sacerdoti facienda , et quidem ante  
cælestium mysteriorū communionē, me-  
minit in sua ad pœnitentiam parēnesi, seu  
exhortatione contra Nouatianos , eamq;  
multis probat argumentis , Idem agit in  
epistola 1 . ad Simpronianū Nouatianum  
optaretque pœnitentiæ antidotū, id quod  
Dei immortalis donum , atq; auxiliū exi-  
stimat ipsamque exomologesim nulli vn-  
quam esse necessariam. Et Epist. 3 . Noua-  
tum non modò, ob Cornelij pontif. Ro.

boud

L ij inuidiam

inuidiam, hanc haeresim commentatum  
fuisse, sed etiam, quod laboris impatiens  
esset, & operæ, quam audiendis confessio,  
nibus insumere oportebat, opinatur. Simi-  
liter epist. 3. & alibi hanc mundi phrene-  
sim compescit. Et cum epist. i. vel solius ca-  
tholici nominis titulo, se triumphum du-  
cere posse putaret, plerumque Cypriani,  
Cornelij, & aliorum annosorum marty-  
rum, & episcoporum traditionem, & ob-  
seruationem nouitatibus unde quaque ex-  
urgentibus, præjudicare debere, age ( in-  
quit) si illi usurpando nomini huic, ido-  
nei authores non fuerunt, nos idonei eri-  
mus negando? & nostram authoritatem  
patres potius sequentur, & emendanda  
sanctorū cedet antiquitas? & iam putres-  
centia, vitijs tempora., canos Apostolicæ  
antiquitatis eradent? Nec tamē æstues, fra-  
ter ( inquit), Christianus mihi nomen est,  
catholicus cognomen, & traditionis, &  
vetustatis insignem commendationem  
continent hæc etc. Saluianus Episcopus  
Messiliensis ad Soloninum quoq; in præ-  
fatione librorum D. Timothei Episcopi,  
ad catholicam Ecclesiam, deplorat suę  
quoque ætatis calamitatem, atq; malitiam  
quod

quod magna mortalium pars, cum multorum sibi male conscientia esset criminum, segnis esset, ad exomologesim faciendam & poenitentiā sine re penè nomine esse ipseque; Timo, l. i. ad cath. eccl. suadet exomologesim quenque facere, & pro peccatis satisfacere dum oportunitus est etc. D. lo. Damas. Orig.

Greg. Naz. Cyr. 8 baptismatū distinguunt genera, Primū diluuij, in abolitione peccati, de quo Gen. 7. & 1. Pe. 3. Secundū maris et nubis, signū enim erat nubes (inquit) spiritus mare verò aquā portēdebat 1. Co. 10. Tertiū legale, de quo sāpe in Leui. Quartū Ioānis, Mat. 3. introductorium existens, & ad poenitentiam adducēs baptizatos, ut in Christum credant. Quintum Christi domini, quo & ipsum baptizatum affirmat. Sextum, quod per poenitentiā & lachrymas, verè laboriosum ait. Septimum martyrij, & sanguinis valde venerandum, & beatum. Quod vocat octauū, non salutare, sed militię exitiosum, sine fine peccata puniens. poenitentię nimirum est tarda, illum existimans, quemadmodum alij, poenitentię baptismum & lachrymarum, qui contritione, confessione, & satisfactione cōstat. Et Nicepho. epist. quadam de proprietate

L. iij. cc ligant.

DE IEXOMOLOGEI.

Ab auto<sup>rum</sup> ligandi, atq; soluendi, ad Theodorum  
ritace. Monachum, reuinendi, dimittendiq; pro-  
vinciam, à clémentissimo Domino, pon-  
tificibus démandatam esse testatur, Matt.  
16. & 18. & omnes olim diu oportuisse,  
solitosque esse, accedere pontifices, & sua  
illis occulta prodere, sicque vel reconcil-  
iationem, vel repudium, ac repulsam ser-  
ue. Quia autē factum sit, cur hæc minus ob-  
seruietur, se se ignorare, quamvis existimat  
pontifices operosi negotij pertuleros, fre-  
quentique multitudinis audiendæ, & in-  
stituendæ turbulentia fatigatos, ad docti-  
simos, probatissimosq; monachos quoq; i-  
ad operæ, atq; solicitudinis trāsmisisse, qui  
ut boni, experti q; medici, nunc mitem, ac  
suauem, modò acerbam, mordacemq; vii-  
expedit, norint propinare potionem, nō  
nunquam enim (ait) obiurgandum, & in-  
crepandum, aliquando oblecrandum, id  
quod accuratè monet, Paul. 2. ad Tit. 4. ne  
si quis indulgentior citra omnem obiur-  
gationem absoluat, ac alienorum peccato-  
rum fiat particeps, & vult planè hinc mi-  
graturos, animaque agentes, quocunq;  
peccato teneantur obnoxij, non ligari, sed  
solvi, sed diuinorum sacramentorum com-  
munione

munione muneri etc. Et si quidem anonymo quid tribuimus, Lisbius quidam per doctrinam sancti Andrae Apostoli conuersus, secretò accedens peccata sua omnia confessus est ut refert li. de vita, & passione & signis Andreæ Apostoli ca. 23. vnde liquidum est, Ephesios, aliquique Asianos Act. 19. atq; alios alibi ad fidem conuersos similem exactos exomologesim D. Petrus Blesensis, sub Federici id eit, August. tempora, tractatum quendam cōpilauit, cum ex multis scripturæ sacræ, tum Ortho. patrum Augustini, Ambro. Hiero. aliorūq; autoritatibus, & testimonij locupletissimis ad probandē necessitatē confessionis sacerdoti in aurem faciendæ, Diuus san̄ Gratianus postquam 33. 4. 2. multa de pœnitentia, aliorumq; criminum, atq; facinorum peruidisset 33. 4. 3. sine lib. de pœnit. agit de utilitate, iuxta ac necessitatē confessionis, aduersus nonnullos, qui exomologesim opinabātur sacerdoti non necessarium facere, & præter sacerdotale iudicium, posse quemque, suorum veniā peccatorum sola cordis contritione, pariter & confessione promereri, & prima quidem distinct. quum multis autoribus ( v-

8105

L. iiiij prima

DE EXOMOLOGEI.

prima fronte apparet.) Ambro. Chrysos.  
August. etc. eaque potissimum ratione,  
quod sicut, per solam cogitationem, me-  
ramque voluntatem cordis, peccari, ita à  
peccato per nudam cordis compunctio-  
nem mundari, ante oris confessionē, neque  
necessariam absolutè absolutionem sacer-  
dotalem, sed eam tantùmmodo, iustifica-  
tionis perceptæ declarationem, & signum  
esse: quemadmodum iustitiae Abrahæ cir-  
cuncisionem probauisset, eadem mox di-  
stinct. ca. non potest, & sequet. ijsdem au-  
thoribus, alijsque compluribus, eruditissimè,  
iuxta ac euidentissimè & confessio-  
nem, quantumcunque occultorum pecca-  
torum, & satisfactionem congruam esse  
remittendis, expiandisq; sceleribus, pror-  
sus necessariam declarat, inque fine inter-  
pretatur sanè veterum illorum testimonia  
per ipsosmet veteres. Tametsi enim salu-  
tis; & gratiæ, atq; peccatorum remissionis  
author sit Deus, ci que ob id exomologe-  
sis sit facienda, eo tamen ipso, cùm ex Au-  
gust. & Ambro. tum Theodor. Cantua.  
Archie. ca. quidam, quod Christus sacer-  
dotibus dimitédorū, ac retinendorum fe-  
cit copiam, modum per quem ipse dimit-  
tere

tere statuit , liquidissimè asseri dicit ( id  
quod ad verbum habetur in Concil. Cabi-  
lonensi 2 . Caroli magni tempore seruato  
ca. 33.) quanquam cùm id traderet, pariter  
& obseruaret Ecclesia Catho. græcis non-  
nullisq; alijs non satis probatum videatur  
id quoq; tempestatis, atq; persuasum fuis-  
se, id quod nunc quoque vſu venire (proh  
dolor, ðq; malum) videre est, post tot tan-  
torum populorum, vbi uis locorum diffi-  
nitiones, tot inductionum scita atq; dècre-  
ta, tot olympiadum cōfessiones. Verūm  
enim uero si quoties mālis mentibus, & a-  
nimis improbis, & impudentibus libet esse  
esse, toties, O Deus bone , bonis non licebit  
esse quietis, & si quicquid aliquando illis  
lubebit infringere, ac rescidere licebit im-  
pūne, pro sua libidine inexhausta, mens  
quamq; explenda, Quem ponis finem rex  
magne laborum ? Quid omnīū nationum  
mores sacrosancti, quid patrum sententiæ  
inuicem congruentissimæ , quid conci-  
liorum diuina oracula , quid leges omnes  
& humanæ & diuinæ, nisi aranearum tetraq;  
futuræ sunt, si momis hisce, si dignis masti-  
ge mastigijs, si liuori, si improbitati licent  
quælibetcunq; , qui neq; fidei quidem ipsi  
neque

Quid  
fuit tem-  
poribus  
Iustiani  
August.

DE EXOMOLOGESI

neque virtuti, neque religioni, si de se lo-  
quatur habituri vñquam sint fidem, quo-  
rumq; animos, ne Vertumnus quidē ipse  
verterit, nisi quo velint? cū neq; in tot vul-  
tus Protheus, neq; intam varios colores  
Polypus, sese verterit, quām ipsi suam fa-  
dem & religionē, & planē destruunt, ædi-  
ficant, mutant quadrata retondis, & modo  
**ex una religione plures**, qñum plus vñā  
vera esse nequeat, modo ex aliqua nul-  
lam faciunt, Argo nempe naui persimi-  
les, quam toties ferunt & destructam, &  
resartam, ut non solū ipsa sibi dissimilis  
penitus sit reddita, sed ne clavis clavo re-  
spōdatet satis, quemadmodū testis est Eu-  
stathius in catalogo nauium, nam aduersus  
gracos armeniosq; et Iacobitas, et Pycar-  
dos et Waldenses, et Lollardbs, et Wicclif-  
itas, et Eutheranos eiusq; farinæ competen-  
tores, et pridem repete vñlū ex equo tro-  
iano natos Caluinistas, et Hugonios, variè  
diversisq; modis, cōfessioni huic apud sa-  
cerdotem faciendæ, reclamantes vñā per-  
petuo Ecclesiæ catho. stetit pēduratq; sen-  
tentia eā esse nō humani, sed diuini iuris, si  
ue vñlū penē mortaliū cōtradicitione, atqui  
cēporum, morumq; vitijs flagitantibus, cū  
supra ea quæ

ea quæ de cōfessione diximus, per totā  
 nōrū cēturiās, à religiosissimis mortalibus  
 majoribꝫ illis obseruata, paulatim, et quasi  
 pedetēū cācriq; in morē hāreles, se&tē dis-  
 sensiones, emulationes christianę pacis ve-  
 nēnare cōpub. istius corpus tāquā perniciōsu  
 morbi inuasissent membra, hinc inde de-  
 pascētes, et hominum mores depravātes,  
 adeoq; magnā mortaliū partē p̄c̄nitentia,  
 ac cōfessionis, sicut et p̄fessionis omnifq;  
 semel salutis cēpisset obliuio, visum est pa-  
 tribus cōciliij lateranē. cui d. Dominicus nōl  
 stri S. patris Francisci familiaris, fuit p̄a-  
 stō anno 1215. sub Innocentio tertio de-  
 cernere cap. 21. decretalem illam nunc q  
 pacissimam. Omnis vtriusque sexus etcy  
 et habetur extra de penitent. et remissio  
 cāp. omnis. Et in Synodo Hildesheimēsi  
 anno 1539. habita ca. 48. Nēmpe vt fidelis  
 quisq; cuiuscunq; sexus, fortunę, ac condi-  
 tionis, cūm ad discretionē annos adoleūnt  
 doliq; est capax, et equi, boniq; , sēmē vē  
 min⁹ quotānis omnia sua peccata suo prō  
 prio sacerdoti cōfiteatur, adeoq; statutū est  
 in synodo hildesheimēsi ibidē. ca. 48. §. de  
 poenit. et remis. decretalē illam Innocen-  
 tij 3. nō modo sacrosanctē obseruādā verū  
 etiam

DE EXOMOLOGESI

etiam à parochis debere bis in quadragesima, videlicet in carceribus ipsis, dominica inuocauit. Iterumque dominica Letare, denunciari populo, & sacramentum pœnitentiæ, nisi omnium peccatorum enumeratione, & confessione, & absolutione constare sacerdotali, & nequi græcorum errores, & schismata, suæ hæresi existimèt patrocinari, rem omnem ita habe. Cùm Arrij, Eunomij, Apollinaris, Macedonij, Nestorij, Eutychis, Dioscori, Theodori, Photij, Monothelitarū, Iconomachorum, aliorumq; patriarcharum nostræ temporis, malorum seminaria, vt legere est in panoplia Euthymiana, altius in græcorum viscera radices egissent, quām vt octo oecumenicis concilijs usq; ab radicibus euelli valerent, quin instar lernæi mali, sui semetfacerent, & perpetua metamorphosi & orta occiderent, & suamet occasu, quasi recens orirentur, & (O prodigium) sua generatione, suamet corruptio, suaque corruptione, sua essent generatio, malo quod solum esse nequit (hinc namq; vitium cognominatur) malum trudente, excipiente in orbē atq; ita graci in grauiora prolap-  
si, paulatim sese Romanæ Ecclesiæ omniū  
communi

Parentes  
malorū  
& here-  
seon no-  
stri tem-  
poris.

communi matri, deniq; penitus subtraxe-  
re, vsq; ad Innocent.3. tempora, de statu in  
diem demigrantes, & quod inquit Tertul.  
lib. de carne Christi, de calcaria in carboni-  
ariam, ab Arrio ad Eunomium, atque ita  
deinceps in omnem hanc malorum pane-  
gyrim, ex malis, malos quotidie coruos e-  
dentes. Evidem verò cum concilio late-  
ranensi adfuerint, vbi illa decretalis ab In-  
nocentio prodita est, non dubium est, eos  
decretis acquieuisse synodicis, quum op-  
posuerint nihil, tametsi sicut historiæ per-  
hibent, ad ingenium redierint. Imò ne in  
concilio Florentino quidem, quod cētum  
& amplius retrò annis est habitum, vbi  
quicquid inter græcos & latinos contro-  
uersiarum erat compositum, sicut vnum  
verbum commutarunt, adeoq; nos potius  
oportebat cōqueri, nouę questionis, quām  
hosce nostri seculi sectatores nouę institu-  
tionis, quandoquidē noua istos moliri, &  
quærere non nouā, sed veterā, auitamq;  
& de manu (vt aiunt) in manū traditam  
ab apostolis ipsis hucusq; constitutionem  
controuertere liquet, si quid rationū pro-  
bationūq; momentis hactenus persuasum  
est. Dānauit verò Innocent. in cōcilio illo

Roma-

Romano apud Lateranū, quēadmodū hi-  
storici memorāt, Ioachimū abbatē, & Al-  
maricū carnoten. Hæresiarchas, secūs quā  
Petrus Lōbardus l.4. sent. dist. 16. & seqēt.  
de exomologesi sacerdoti faciēda sentien-  
tes Almarici christianiss. rege francorū iub-  
bente corpus ē sepulchro effossum, igni da-  
tū est, & illius sectatores publicē cōbusisti,  
dein an. 1226. præside Stephano epi. Parisi-  
no, cōdēnatus est error eorū, qui putabant  
confessionē, nō nisi declarationē, videlicet  
iustitiæ acceptæ faciēdā d. Rabanus sanè de  
cōfessione secreta multa habet l.2. de insti-  
cler. c. 29 & 30. & l. de virtut. vitijsq; ca. 25.  
& citat illud Gratia. dist. 50. ca. de his verò  
& sub eadē tēpora in cōcilio Cabillonensi  
2. præsente Carolo magno celebrato, mā-  
datur ca. 32. vt non modò carnalium pec-  
catorum, sed horū iuxta ac spiritualiū de-  
lictiorū fiat apud sacerdotes exomologe-  
oao vi- sis, potissimum verò octo illorū vitiorū,  
tia carna fine quibus hæc vita mortalis agrē trāsigi-  
ta. tur, odij, scilicet, inuidiē, superbiē, irē, gulē,  
auaritiē, luxuriæ, acediē, & in cōcilio Rhe-  
mensi, sub tempora Leonis pontifi. 3. ca. 12.  
& 16. & 31. rationem poenitentiæ eam esse  
definitum est, vt sacerdotes intelligerent  
quo-

quomodo & cōfessionē excipere , & pœ-  
nitentiā iniungere deberēt secundū cano-  
nicā institutionē , & de octo principalibus  
vitijs cōfitētes oportere inqri , decretū est  
ca.13. Et in cōcilio Triburienſi, sub Arnul-  
pho Imperatore anno. 895. inito ca.31. pre-  
ceptum est iuxta decretū Niceni concilij,  
Innocētij, celeſtini aliorumq;; nulli disceſ-  
ſuro ex hac aura vitali, pœnitētia extrema  
negetur, atq; communio volenti ſe emen-  
dare, & exomologeſim Deo ac ſacerdoti  
facere. Eius cōfessionis, nō raro mētionē fa-  
cit ſtudioſis. Aug. Vener. Beda, circa illud  
colo.3. Supportātes inuicem & donātes etc  
et l.3. cōmēt. in Luc.10.c.42. vbi cōfessionē  
modo pœnitentiā, nūc gratiarū actionem  
ſignificare dicit, & tractās illud 1.Ioan.2. Si  
cōfiteamur peccata noſtra fidelis eſt Deus  
etc. Quia ſine peccato in hac vita eſſe non  
poſſumus, prima ſalutis ſpes eſt(ait) cōfes-  
ſio etc. & circa illud Apoc.7. ex tribu Iuda  
etc. ante cōfessionis initia, nemo culmē bo-  
norū operū apprehēdit(inquit) et niſi per  
cōfessionē renūciem⁹ actib⁹ malis, nō in-  
formamur rectis etc. Et cōfitēdi planē exē-  
pla nobis exhiberi aſſerit, quādo turbę, p-  
miſcuę, & publicani, et milites, veniebāt ad

Ioannem

Poenitē-  
tiæ ineū-  
di ratio.

DE EXOMOLOGEST

Ioannem pœnitentes, & exomologesim fa-  
cientes, Mar. i. & quando Act. 19. peccato-  
rū suorū exomologesim corā Paulo obie-  
runt Ephesij. Et clarissimē circa illud Iaco.  
§. Confitemini alterutrum peccata vestra;  
**Mutua  
cōfessio.** in hac enim sententia eā debere esse dis-  
cretionē arbitratur, ut quotidiana, leuiaq;  
peccata, alterutrum coequalibus confitea-  
mur, eorumque credamus quotidiana ora-  
tione seruari, at grauioris lepre immundi-  
tiam iuxta legem sacerdoti pandamus, atq;  
ad eius arbitrium qualiter, & quanto tem-  
pore, iusserit purificari curemus, id quod  
copiosè pertractauit in suo pœnitentiali  
li: sicut & Theodor: Cantua, eius ni fallor  
æqualis & diu antē S. Petr. Alexand: mar-  
tyr, id suo de pœnitentialib. & pœniten-  
tiale volumen, quod Romanum dicitur,  
quod nisi apostolis apostolicisue viris au-  
thoribus conflatū crediderim, alios aliasq;  
rationes pœnitentię pro criminū qualitate  
in Ecclesia Romana magis quā alibi gen-  
tium, aut locorum, & græcæ & latinæ hi-  
storiæ testantur olim viguisse, D . Alcui-  
mus quoque Vener. Bedę auditor & Ca-  
roli Magni pædagogus, plurimū cōmen-  
dat pœnitentiam & confessionem lib . de  
virtu-

virtutibus & vitijs cap. 10. & sequēt Idem  
 facit in similis tituli libro D . Albertus  
 Mag . Nam de confessione particulari in  
 aurem sacerdotis singulis enumeratis pec-  
 eatis facienda, habet Rupertus Tuici . lib. 1.  
 comment: in Leuit . cap . 8. & 38. & lib . 2.  
 cap . 42. & 43. Item Hugo . de S. Victo . tra-  
 ctat . 6 . eruditio[n]is Theologicæ capit . 10.  
 multisq[ue] sequent . & parte 14 . lib . 2 . de sa-  
 cramentis cap . 1 . § . de confessione, eiusq[ue]  
 precepto, & quomodo homo sese debeat  
 quotidie examinare & sigillatim cōfiteri,  
 etiam minima, ne paulatim excidat tradit  
 lib . 3 . monast . institu . de anima & domo  
 interiore cap . 32 . & sequentibus , & circa  
 illud Psal . 5 . Secundum multitudinem im-  
 pietatum eorum expelle eos atq[ue] alibi . Et  
 D . Bernardo & Petro commestori, ac ma-  
 gistro sententiarum contemporaneus D .  
 Richardus de S. Victore part 1 . lib . de po-  
 testate ligandi, & soluendi & alibi . Neque  
 ambiguum est, omnes retrò ab A postolis  
 veteres ubique de poenitentia agunt,  
 non nisi ea de agere qualis agebatur in Ec-  
 clesia, quam nullus olim mortalium dubi-  
 tabat ineludere, cui necessariam confessio-  
 nem, ne Nouatiani quidē , & quandocūq[ue]

M confessio-

confessionis meminere peccatorum , non eius quæ fit in corde teste Deo, sed quæ in aurem facienda est sacerdotis , ferè mentionem facere, cui ligandi, soluendiq; potestatem, yni diuinitus concessam , nemo ambigebat. Quandoquidem aliud est necessitatem confessionis agnoscere reconciliationis autem, ac remissionis peccatorum gratiam, Deo præside , ab sacerdotibus pendere , eam verò à Deo præter sacerdotum officia, seu ministeria & Ecclesiæ iudicium, in qua remissionem peccatorum affectandam credimus, solo flagitare, quam ut habet August. euacuare euāgeliū infringere claves à Christo traditas, irritare diuinam institutionem, et numini ( ut ita dicam ) facesse negotium velutque ludos facere, ac gigantum more, cum loue manus censrere?

In eandem tempestatem inciderunt denique , quos vocamus , non recenti, quam quo iure , quaque iniuria cognomento odioso scholasticos , nam Athenienses, et Socraticos omnes, et Platonicos et Peripateticos, scholasticae disciplinæ observuantissimos fuisse , atque Mar . Tull. à græcis mutuatum esse, camq; ad cloquenter

vix regulam traduxisse, liquidissimum est,  
vt Origenem Iustinum, Mar. Lactant. Eu-  
sebium Athana. August. Chrysost. Basil.  
Hiero. cæterosque nostræ religionis flo-  
res, atqua decora, antesignanos præteream  
quibus scholasticum studiū placuit maxi-  
mopere. Eandem inquam, temporum  
calamitatem illi subeire, eousque ut siue  
temporum, siue morum iniuria, non  
tantum varios pro emendanda republica  
labores exantlare, sed vniuersa Ecclesiæ  
præsidia, atque stationes à calce ad carcere  
(quod inquiunt) reuocare, et ex veteri qua-  
si nouam cudere, cunctaque semel in du-  
bium reuocare et ad sua reducere princi-  
pia, neque secius aduersus græcorum fal-  
sam religionem, quam illos diu olim opor-  
tuuisse manifestum est debuerint ac velut è  
tenebris democriticis, abditissimoq; lati-  
bulo eruere veritatem inque lucem aper-  
tam afferere, in Cœcilio Cœstatiensi sessio-  
ne 8. art. 7. damnatus fuit Ioannes Wiclef,  
qui putabat debitè contritum, non egere  
ex omniologis facerdoti facienda. Aduer-  
sus quem doctissimè scripsit D. Thomas  
Waldensis ante annos abhinc plus minus  
160, sicut cōtra Lutherum sectatorem, D.

M ij      Martyr

Martyr Rosensis circa Art. 8. et Xystus  
 papa. 4. in sua extravagante, hanc heresim  
 damnauit in Hispanijs repullulantem, Pe-  
 tro de osina Salmantino doctore, et facto-  
 re aut enatam, aut educatam. Et in concil-  
 io 8. vniuersali Florentiae bellissimæ sub  
 Eugen. 4. habito anno 1439. plus minus,  
 ubi græcis, latinisque conuenit de poenitentia,  
 atq; confessionis necessitate scriptum  
 est. Etsique in decretis Euge. papa. 4. &  
 in concilio inque bulla D. Leonis papæ 10.  
 qui Lateranente concilium defuncto Iulio  
 2. absolvit contra Lutherum anno 1520. co-  
 scripta, & in reformatione cleri Germanici  
 Ratisponæ per D. Laurentium presbyterum cardinalēm anno 1524. edita §. 9.  
 & in Concilio Seno. an. 1628. iubente An-  
 tonio à prato Archiepiscopo Senonensi  
 coacto, capit. seu decreto fidei 10. §. de sa-  
 cramento poenitentia & §. de confessio-  
 ne, & in Concil. Coloniensi an. 1536. habi-  
 part. 7. cap. 30. etc. & in Concil. siue comi-  
 tijs Augustanis ubi inter religio seu inte-  
 rim anno 1548. per Cæfarem Carolum s.  
 August. admissum & ab omnibus imperij  
 proceribus, ac principibus electoribus ap-  
 probatum afferit §. 17. de sacramento poe-  
 nitentia

nitentia, & confessione. Idem facit eodem  
ni fallor anno inita synodus Dilingae Au-  
gustanae diocesos cap. 19. etc. in Concilio  
Coloniensi sub D. Adolpho Archiepisco-  
po anno 1549. celebrato cap. 34. etc. res ea-  
dem assueratur, iubeturque neminem, nisi  
confessum, ad sacram communionem ad-  
mittendum. Item in synodo Moguntina,  
sub Sebast. Archiepiscopo facta anno iti-  
dem 1549. cap. 20. etc. Similiter in Concil.  
Treverensi tempore Ioannis Archiepisco-  
pi anno 1549. quoque conuocato cap. 12.  
decretum est. Et statuit Concilium Tri-  
dentinum, ceptum sub Paulo papa 3. anno  
1545. Multorum deinceps pontificum cur-  
ricula dimetiens Sess. 4. cap. 3. & 6. & 7. &  
Sess. 5. cap. 14. §. de lapsis eorumque repa-  
ratione & cap. 29. in Concil. Basil. ab Eu-  
genio 4. indicto. an. 1431. Indulgentiae pro-  
mulgantur visitationis, & conceptionis  
deiparae virginis festos dies peragentibus,  
sed non nisi contritis, & confessis, id quod  
etiam Urbanus 4. fecit Instituens ferias sa-  
crosanctae Eucharistiae, & ut habes in ele-  
mentinis D. Bonifacius 8. confirmavit diu  
olim concessas indulgentias diuorum Pet.  
& Pauli limina visitantibus, sed verè poe-

M iij nitentia

DE EXOMOLOGEST.

nitentibus, & confessis duntaxat Tit. de  
pœnit. & remiss. Is enim omnium hucusq;  
vnus perpetuo tenor, ac status perseuerat,  
quo antè & retrò actis temporibus, indu-  
gentiæ solent denunciari, quemadmodum  
passim in iure Canonico obuium est. Iam  
verò quid illos memorem, qui vel adhuc  
in viuis agunt, aut nuper hac mortali vita  
sunt defuncti eruditissimos, pariter atque  
in omni literatura versatissimos, D. inquā  
Hosium alterum illum, qui in Cōcilio Ni-  
ceno i. immortales laudes meruit Polonię  
columnen, & Concilij Tridentini authori-  
tate summi pontificis Pij 4. præsiden. D.  
Alfonsum de castro samoranum decus, &  
D. Petrum, atq; dominicum à Soto, D. Ia-  
cobum Latomū, Albertum Pighium, Ioā-  
nem driedon. D. Ruardū delicias nostra-  
tes? ut omittam florentissimas Galliarum  
Hispaniarum, Germanię, Italię Belgij no-  
stri, & vbiuis gentium, locorumq; acade-  
mias omnes, & peritisimorum virorum,  
per orbem vniuersum, quem sol iste illu-  
strat, instar patrum cōscript, cōfessus, atq;  
senatus, qui non solum cum Areopago.  
Atheniensi, vel Platonis academia, aut  
Aristoteliſ Licio, vel Lycurgi, aut Solonis,

aut

Antisthenis, vel Catonis vel Ciceronis  
aliorumque eiusmodi scholis, atque museis  
verum etiam cum Helicone, ac Parnasso,  
ipsisque musis Appolline, & Minerua ipsi-  
sis (ut ita dicam) dubiè certare queat. Quis  
ab hac via aberret? Quis huic fidei non ha-  
beat fidem? aut (quod nefas est cogitare,) mendacij notam impingat? Nonne huic  
luci aliquid velle claritatis addere ipsissi-  
mo soli est lumine commodare? Nonne hos  
canos deridere, more canum, mere insa-  
nire est? An non Letargum pati videatur,  
qui quod per tot seculorum, ac populorum  
ac conciliorum, atque Ecclesiarum Apo-  
stolicarum roboratum est consensionem,  
& in fidem, moresque traductum morta-  
lium sibi aliquando cōtrouertendum pu-  
tet, & quasi discutiendum, penitus & in-  
fringendum si libeat, tanquam qui corni-  
cum oculos configere valeat? O tempo-  
rum, morumque insolentiam dicam, an de-  
mentiam, an impudentiam, an malitiam.  
an simul omnia? Ego profectò me Hercle  
(ut sic loquar) neminem futurum arbitror  
si tempora, si mores, si rem ipsam, si perso-  
nas utriusque partis spectet sobrios, & sa-  
nus modò sensu polleat cōmuni, qui non

M iiii                    cum

DE EXOMOLOGEST.

20  
cum illis religiosissimis mortalibus maioriibus nostris sentire, quam his cōsentire admodum malit, ne cum illis errare dicam, quācum his acherōtis pabulis, nequitiaque stabulis, ut Plautinis verbis utar in cassina, bene dicere. Quocirca, cum Socratis hominibus semper dubitare, semperque nescire, semper querere, nūquamq; inuenire veritatem, & cum Democrito, & Epicuro abditissimis densissimisq; tenebris offensam humanis animis, nūquā apparere posse existimare, semper cōcilia cogere, semperque spernere, perpetuo ius appellare, nihilque vñquam iuri cōcedere denique frustra semper niti, neq; aliud se fatigando, nisi odium querere, & ex tumultu tumultum et ex lite, litem ferere, ex tremæ mihi dementiæ esse videtur. Per, cupiamque oppidò, si quidem ego quid sentio, omnes mecū in D. Gregorij Naz. cognomēto, multò maximè meritò theologi, pedibus ire sententiam, sic namq; dicit in epistola 42. ad Procopium. Ita quidem animatus sum, si quod verum est scribere oportet ut quodecunque Episcoporu cōcilium fugiam, propterea quod hactenus nullius omnino synodi finem aliqua

vii-

utilitate præditum, & vnde res malè habētes, nō magis exacerbatæ, quam curatæ sint, videre licuit, ea enī illis est libido cōtendendi & dominandi ambitio (ne verò tu putas ( ait ) me odiosè hæc scribere) suntque ita disputando insuperabiles, vt si iudicio quisquam cum illis agere velit, ci- tius alterius cuiuscunque criminis reus ap- gatur, quam quæ illorum sunt euincat, ac diluat, quapropter meipsum cobibui inq; sola precum securitate, & communitione trāquillum, atque quietum fore existima ui, sic ille ter maximus Symmystes. Nōne enim ad omnia ipsorum argumenta suffi- ficeret respondere Moseos illud Deut. 32. Memento dierum antiquorum, cogita ge- nerationes singulas, interroga patrem tuū & annunciatib tibi maiores tuos & dicent tibi? Et D. Basili. Gregorij illius familiaris il- lud in Homil. cōtra Sabellianos , & Arria: Cūm enim nimium altercando, & dispu- tando de scripturis veritatem non tam li- quere, quam tenebris offundi, implicariq; cerneret, sinuosis ambagibus vna sic, alte- ra secus partem, eas intelligente, compescat (inquit) te pacatumq; reddat traditio, do- minus sic docuit, apostoli prædicauerunt,

patres

Idem cē-  
sauit Pau-  
lus 1. Ti.  
2.b. c. d.  
Colosse.  
2. 6. 1. Ti.  
4. 6. epho  
se. 5. 6.

DE EXOMOLOGESI

patres conseruarunt , martyres confirmarunt, sis contentus dicere, velut doctus es,  
& in epist. 60. ad Eccle. Antioche. fidem  
porrò nos, neque ab alijs scriptam nobis  
recetiorē suscipimus (ait) neque ipsi mē-  
tis nostrae lobalem audemus edere, ne hu-  
mana esse existimētur pietatis verba , sed  
quæ à sanctis patribus edocti sumus, ea in-  
terrogatibus nos annunciamus, & predi-  
camus, & confitemur ingenuè etc . Ita si-  
quidem omnibus semel hæresibus præscri-  
bit, Præter alios Tertullianus per Ecclesia-  
rum Apostolicarum & patrum traditio-  
nem, atque censuram, Ita Clemens Alexá-  
drinus, Itidem sic Atha. Alex . ita Greg.  
Naz. Ita August. celeberrimè . Sic omnes  
latini & græci olim, adeoque sic nouitati-  
bus, & hæresibus sui temporis M. Cicero  
non rarò , atqui de his alibi . Quid enim?  
nunquid non suum cuique, alioqui nō, nō  
modo pulchrum verūm pulcherrimum  
videtur? Est vero nescio quid viuæ vocis,  
& oraculi diuini instar in ipsa antiquitate,  
& persuasiva quodammodo sunt vetera  
dogmata, quod inquit Basili. lib. de spiritu  
sancto cap. 29. In vetustate velut quadam  
canicie, reuerendum quiddam præ se fe-  
rentia

rentia etc. Atqui quid mirum, si que nos  
tantopere predicamus ipsi quibus iniqua  
sunt apparēt aut erūt? nō enim solet amicis  
inimicisque iuxta cōuenire, si illis Machera  
est prouocare ad scripturas, imo lapsus sum  
sed sensus est legitimus, cur nobis vobīta,  
vel vt legit Placiades fulgentius veruina,  
non possit esse, vt scriptura ita interpre-  
tationis tanquam Euangelicæ legis ani-  
ma, & mens quadam per antiquissimas  
Ecclesiasticas & Apostolicas deuoluta tradi-  
tio? Quis enim nesciat malo nodo (putāo  
quippe herculano nodo quod aiūt, id est,  
arctissimo & indissolubili, tāquā syllogis-  
mo demonstratiuo cornutoque præligata  
sua omnia, quod nihil quam scripturam ti-  
tulotenus protēdant) malum quærendum  
esse cuneum? nō equidē tam sua inuictum  
clava Herculem fuisse opinor, quam his  
præter alia rationum, probationumq; mo-  
mētis Catholicam Ecclesiam, & præclarè  
admodum hac de re differens D. Basilius  
libro de spiritu sancto cap. 10. hæreticos  
quidem Orthodoxos persecuti odio, mul-  
tiisque dictarijs, quemadmodum Iudæi o-  
lim Christum verbis, & Stephanum lapi-  
dibus impetebant laceſſere, machinas fa-  
bricari

Fccio

DE EXOMOLOGESI

bricari, insidias struere & mutuo sese in  
communem hostem incitare, vnamq; esse  
vniuersorum mentem, scopumque vnum  
ut fundamenta fidei in Christum bene ia-  
cta concutiant, eruantque, id quod fore  
sibi pollicentur (inquit) si apostolicam tra-  
ditionem, quasi quedam incenia æquare  
solo valeant, eaque propter tanquam ære  
alieno obstrictos eos qui aliunde, quam  
oportet suos nummos probant, si solutio  
poscatur scripturæ calculos implorare, pa-  
trum autem suffragia, quia non scripta re-  
probare dicit. Cæterum nos neutiquam  
debere ob timorem belli socios prodere  
aut deserere etc. sic ferè ibi Basilius. Tibi si  
quid libet percontari, modo interroga.

Poenitens: utinam tam mihi proclue  
esset falsa omnia refellere, quam hæc vera  
esse, certaque credere, Primum enim De-  
sid. Eras. cùm in lib. exomologeos sacer-  
doti faciendæ, tum in lingua sua, an aliena  
haud facilè dixerim, atq; alibi. Quāquam  
commendet confessionem auricularem  
quam vocant, eamq; sacerdoti in aurem  
sieri solitam priscis temporibus, exemplis  
locupletissimis probet non tam iuris di-  
uini esse, sed spiritu facto dictante quidem  
Eccle-

tiend

Ecclesia vetò instituēte moribūs esse chri-  
stianis molitam, ac fidei. Præterea impos-  
sibile factu afferunt, vt quis omnia pecca-  
ta recenseat, ob labilis memoriaz & obnu-  
bilati caligine peccatorum intellectus in-  
firmitatem, iuxta illud (inquiunt) Psal. 18.  
Delicta quis intelligit etc. Dein nusquam  
scriptum inquiunt, peccata omnia (vt sit)  
memoranda & murmuranda, in aurem  
sacerdotis, aut in Monachio cuiuspiā euo-  
ienda cucullum. Item poenitētiā & cō-  
fessionem eam generalem, & absolutionis  
economiam illi respondentem, ad hanc  
exomologesim particularem, prō papista-  
rum libidine, & in rem, & quæstum sacer-  
dotum traductam ferunt. Deinde non vi-  
detur dogma statuendū religionis & fi-  
dei ex figuris illis veteris testamenti, sicut  
nec ex parabolis, aut sensu cuiuscunque  
scripturæ mystico, quod tu, aut si manus  
illi in quorum iurasti iam verba, fecisse  
putantur. Postremo cōfessionem auricula-  
rem, singularemque, occasione diaconi cu-  
iuspiam, qui matronæ nobili poenitentiā  
publicam agenti, stuprum obtulerat, iu-  
bente D. Nectario archiepiscopo Constan-  
tinopolitano abrogatā perhibet & cuique  
permīssam

MS. 111

portuissam libertatem, aut solito more singula confiteri peccata sacerdoti, aut non atque ita successore eius Chrysostomum sensisse, aliosque deinceps succedentes, non oportere videlicet per species, ad individualia culpas confiteri. Nam illas Lutheri positiones, seu articulos, contritio quæ paratur per discussionem collectationem, & determinationem peccatorum, qua quis recogitat in amaritudine iahime suæ annos suos, ponderando peccatorum gravitatem, multitudinem, sceditatem, amissionem æternæ beatitudinis, & acquisitionem æternæ damnationis, hypocritas facit & magis peccatorem art. 6. & illum dum volumus omnia pure confiteri, nihil aliud facimus, quam quod misericordia Dei filii volumus relinquere ignoscendum art. 9. aliaque id genus mel hominis multo Helleboro egreditur, intemperias potius, vel malitias vilmis, ac futilibus magis, quam miseratione, veniamque dignos errores censuerim.

-  
 Catech. non tu corpus es sine pectore qui non suscipis nisi verisimilia mendacia, verum enim in vetera (quod aiunt) vaticinari, & cantilenam antiquam canis sed nunc vespera appetit, neque valet breui ora-

ui oratione, res ardua perstringi, cras su-  
peris annuētibus huc nos recipiemus, eāq;  
numinē propitio peruidebimus, totiusq;  
negocij cardinem versabimus.

Pœnit. Amabo te, animule mi, nam iu-  
gulum isti petunt, & rem acu tangere, se  
mirè omnibus suadent.

Catech. Ita fiet, vale. Pœnit. Et tu vi-  
cissim quantum vis, salue perbellè, queso  
autem te ita dicas rem omnem, vt nihil  
prætet verba istis relinquas. Catech. pro-  
fectò si res ipsæ loqui possent, non esset  
verbis, meaq; dictione opus, quia vera res  
cum vna tum simplex est, verba auté plu-  
ra, pariter atq; duplicitia, sàpè contigit ver-  
ba dari ab his, qui veritate nō pollent, sed  
quoniam id nunc temporis est, si videtur  
ita tibi commodum, differamus in crasti-

num, si tibi causa est, cur me audire

cupias, mihi nulla est cur recu-

sem. Pœnitens,

probè

bedoch certechnica veralippimes. summissis lippis pectinopeptinis, fonsim; bestis suumque ipsas pectinopeptinas recipiuntur, et quod in solitaria res aliqas bestiitudo, cum in

Per quanto riguarda la legge di cui si tratta, è stata approvata dalla Camera dei deputati il 10 aprile 1926 e dal Senato il 15 aprile 1926.

Cisco's "The Great Game," Pocumtuck, E. C. 1881

*glossa d'australia e le bellezze del*

lida tv. modimo p. regio silesia regius  
v. 1600 anno 10. dicitur

*... que le pape a été élu par les deux tiers des cardinaux. Cela est dans la tradition de l'Église catholique.*

republican government. The author of the book is a member of the New England Anti-Slavery Society.

• 1500-1520. The first printed book in English.

*Et quod non possit fieri nisi per te.*

*... etiam quod non videtis, vobis ostendam. Et nunc dico vobis quod non videtis, vobis ostendam.*

but, if up to certain limits subjects

*comes with a day or two.*

Digitized by Google

